





22. Jan. 1733. V

I. N. D. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA *1733*

DE EO

QUOD JUSTUM EST, CIRCA

1693 6

LUDOS SCENICOS
OPERASQUE MO-
DERNAS,

13

dictas vulgò



Quam

IN ILLUSTRIS CHRISTIAN - ALBERTINA
P R Æ S I D E

DN. ELIA AUGUSTO STRYKIO,
J. U. D. JUR. PUBL. ET NOVELL. PROF.
PUBL. ORDIN.

DN. PATRONO SUO ÆTATEM
DEVENERANDO

IN AUDITORIO MAJORI

Ad D. Januar. A. M. DC. XCIII.

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

GEORGIUS BERTUCH, Helmershusa - Francus.
AUTOR ET RESPONDENS.

N O R I B E R G Æ ,

Literis & Sumptibus Christiani Sigismundi Frobergii, 1696.

DISPUTATIO JURIS
DE
QUOD IUSTITIA EST, QUAE
IUDOS SECHNICOS
OPERASQUE MO-
DERNAS

1848



In Illustri Christian-Albertina
P. A. S. I. D. P.
Dr. F. L. A. U. G. U. S. T. O. S. T. R. A. Y. L. I. O.
J. U. D. J. A. R. P. U. B. L. E. T. N. O. V. E. L. L. P. R. O. N.
P. U. B. L. O. R. D. I. N. I.

ON PATRONS AND PATRES
DE VERLANDO

IN AUDITORIO MAIORI

M. D. C. C. L. X. V. I. I. I.
P. U. B. L. I. C. A. D. I. S. S. E. R. T. A. T. I. O.
G. E. O. R. G. I. U. S. B. E. R. T. U. C. H. H. E. I. M. S. T. R. A. S. S. I. A. N. S.
A. U. T. O. R. E. T. R. E. S. P. O. N. D. E. N. S.

W. O. R. T. B. E. R. G.

In a & semper Christiani Sigismundi





P R Æ F A M E N.

Non prolixè reddendas Tibi, B. L. existimo esse rationes, quare specimen quoddam studiorum meorum exhibiturus hanc præ aliis elegerim materiam. Nimirum consideranti mihi, quod vita nostra, monente Chrysofomo, theatralibus ludis non sit absimilis, & quàm varias nos in augustissimo hujus mundi theatro, pro diversitate ætatis, sexus, conditionis, Deò ita distribuente, agamus personas, non incongruum visum est, quid circa ejusmodi ludos justum sit, paulò curatius indagare. Nec alienum hoc à cathedra Juridica credidi thema, quod legislatione suâ non indignum judicavit Imperator Justinianus. Accessit porro illa, quæ ante aliquot annos in vicinia de ludis scenicis, vulgo Operis dictis, exorta, & tunc temporis prolixis scriptis coram Senatu ibi agitata est controversia, quæ quamvis assopita penitus videretur, hoc ipso tamen tempore iterum recrudescere cœpit; cui autem præsentî dissertatione me immiscere non intendo, sed unumquemvis suo patiens abundare sensu, quæ mihi verior videatur sententia brevibus tantùm, ubi eò per ventum fuerit, exponam. Atque ita imploratò divini Numinis, cujus nomine si ipsum rei principium decens ac amabile fiat, benè ac competenter univèrsa, quemadmodum verba Imperatoris in Nov. 6. præfat. habent, geruntur, auxiliò ad ipsius rei tractationem progredior. Esto igitur

CAP. I.

De Ludis scenicis & Operis modernis in genere.

Summaria.

Ingressus.	num. 1.	Decursio equestris.	14.
Ludi unde dicti.	2.	Aurigatio.	15.
Eorum duo genera.	3.	Naumachia.	16.
Circenses ludi.	4. q.	Ludi scenici sive theatrales.	17. sq.
Dicuntur etiam gymnici.	6.	Eorum species.	19.
Variâ crane formâ.	7.	Tragœdiæ.	20.
Ludus gladiatorius.	8.	Comœdiæ.	21.
Ludus venatorius.	9.	Satyræ.	22.
Lucta & pugillatus.	10.	Mimus.	23.
Curfus.	11.	Ludi Attellani.	24.
Saltatio.	12.	Ludi facti.	26.
Jaculatio.	13.	Votivi.	27.
		A	Fune-

Funebres.	28.	Vel ductilis.	65.
Ludicri.	29.	Habebant etiam certas machinas,	66. lq.
Ludi scenici ortum habent à Græcis,	31.	Quot genera scenarum.	68.
Ab his pervenerunt ad Romanos.	32.	Tragica scena.	69.
Quando & quâ occasione,	33.	Comica.	70.
Repræsentabantur à certis personis.	34.	Satyrica.	71.
Unde dicantur personæ.	35.	An scena semper locus publicus.	72. lq.
Origo larvarum,	37.	Proscenium, pulpitum.	75.
Ludiones qui,	38.	Orchestra.	76.
Histriones,	39.	Quando sedilia distincta fuerint.	77. lq.
Tragædi,	42.	Argumentum ludorum scenicorum.	79.
Comædi,	43.	Scopus eorum.	80.
Mimi.	44.	Erant pars cultus divini.	81. lq.
Pantomimi,	45.	Tendebant ad recreationem.	83.
Archimimi,	46.	Et ad studium virtutum excitandum.	84.
Planipedes.	48.	Occasio Comædiarum apud Græcos.	85. lq.
Thymelici.	49.	Divisio Comædiæ in antiquam, mediam & novam.	90.
Adhibebatur in ludis musica instrumentalis.	50.	Hi ludi fuerunt etiam tempore Imperatorum Christianorum.	91. lq.
Et vocalis.	51. lq.	Hodie tamen ad splendorem veterem non alè surgunt.	94.
Fiebant ludi in theatro.	53.	Per venerunt etiam ad Germanos.	95. lq.
Quod differt ab amphitheatro,	54.	Duplicis sunt generis.	97.
Olim non habebant theatrum Romani.	55. lq.	Operæ quid sint.	98.
Quid sit cavea.	57.	Unde ita dicantur.	99. lq.
Quando theatrum exstructum,	58.	Causa operarum efficiens.	104.
Primo fuit temporarium.	59.	Obiectum.	105.
Postea factum perpetuum,	60.	Forma.	106.
Partes theatri.	62.	Finis.	107.
Scena.	63.	Transitus ad sequentia.	108.
Erat vel versatilis.	64. lq.		

- D**E ludis scenicis, præprimis eis, quæ s hodiè Operas vocant, eo-
que quod circa illos justum est, acturus, haud extra oleas, uti
dicunt, me vagaturum existimo, si nonnulla de ludis tam in ge-
nere, quàm in specie de scenicis, quales apud Romanos, quo-
rum Jure hodie utimur, fuerint, operisve modernis præmiserò.
- 2** Ac ludorum quidem, qui nomen a Lydis, ex Asia oriundis, qui
Duce Tyrreno, cum fratri suo regni contentione cederet, in Hetruria
confederunt, ibique inter cæteros superstitionum suarum ritus specta-
cula quoque religionis nomine instituerunt, sortiti sunt, Rosin. *Antiquit.*
- 3** *Roman. l. 5. c. 1.* in universum duo fuisse genera tam ex scriptoribus Roma-
nis, quàm I. L. XII. tabb. fragmentis, quæ in calce Corporis Juris Civilis
conspiciuntur, iisque, quæ ibi Gothofredus sub rubrica de Ludis annotavit,
fatis constat: *Circenses* nimirum & *Scenicos*.

Illorum mentio fit in *l. 1. §. 2. ff. de muner. §. honor. l. 122. ff. de Le-*
gat. l. 1. 12. §. 4. ff. de usu §. habit. l. 2. C. de spectac. §. scenic. dicebanturque
ita à circo, vel à circuitu, in quo, ensibus positis, exhibebantur Rosin. d. l.
c. 2. Appellabatur etiam gymnici, ab exercitationibus gymnycis, quò
pertinet L. 1. C. d. spectat. §. scen. variaque eorum erat forma. Modo enim
constabant ex pugna, eaque vel hominum inter se, unde ludus gladiatorius,
de quo intelligendæ l. 25 §. 3. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. 1. pr. ff. de abigeis
Cujac. l. 13. Obs. 10. qui tamen postea sublatus est per L. un. C. d. gladia-
tor. penit. tollend; ad quam legem vid. Dissert. D. Nergeri Prof. quondam
Witteb. vel hominum cum bestiis, hinc ludus venatorius, de quo in l. 8. §.
11. §. 12. ff. de pæn. l. 4. ff. d. admin. rer. ad Civit. pertin. l. 1. §. 6. ff. d. postul.
*& ad hanc Circensium spectaculorum formam etiam pertinebat *lucta* §. 10*
pugillatus, de quibus in l. 7. §. 4. ff. ad leg. Aquil. l. 2. ff. d. aleator. Gothofr.
d. l. lit. E. Modo consistebant in cursu, currendo certa stadia in campo ad
metam Conf. d. l. 2. §. 1. modo in saltatione, saltando vel in æquo campo,
vel è loco inferiori ad superiorem. aut vice versa, vel infiliendo in currus
aut equos d. l. 2. modo in jaculatione sagittarum, pilarum, telorum, alio- 13
rumque armorum, quæ longè projiciunt. r. d. L. 2. add. L. 1. §. ult. C. Eod.
modo in decursione equestri Vid. l. 20. ff. de præscr. Verb. unde equi curu-
les in L. 5. C. d. spect. §. scen. l. 7. C. d. numerar. l. 4. C. d. muner. patrimon. modo in
navigatione, i. e. certamine bigarum aut quadr. garum, hinc curule certa-
men in l. 1. C. Theod. §. Equ. Curul. modo in naumachia sive certamine na-
vali Vid. Rosin. d. l. 5. c. 5. Hier. Mercurial. d. art. Gymnast. l. 2. §. 3. add.
Gerard. Joh. Vossi. d. quat. art. popul. c. 3. Nov. 105. c. 1.

Quemadmodum autem hi ludi circenses motum violentum requi-
 rebant, ita è contrario scenici, qui à græco verbo *σκηνή* umbram denotante
 ita dicti, quod olim in umbra fierent Rosin. d. l. 5. c. 6. & alias etiam the-
 atrales appellati sunt l. 2. C. Theod. d. spectac. sine curriculo & certatione
 corporum fiebant, ac in cantu, fidibus & tibiis, ut LL. XII. tabb. habent,
 consistebant. Vid. Gothofr. d. l. Hi ludi allegantur in L. 122. ff. d. legat. 1. 19
 l. 2. §. 4. C. Theod. d. prætor. §. quæstor; ac, quemadmodum ex scriptori-
 bus rerum Romanarum constat quatuor sub se comprehendebant spe-
 cies; *Tragediam*, in qua negotia gravia, res magnæ ac eventus ut pluri-
 mum atroces repræsentabantur, *Comcediam*, in qua negotia civilia ac
 fortuna privatorum sine periculo vitæ, exitu jucundo, exhibebantur,
Satyram, ubi tragici poetæ non reges aut heroes, sed satyros inducebant,
 ludendi jocandique causa, utque spectatores inter res tragicas ac serias
 satyrorum quoque jocos & lufibus delectarentur, ac *Mimum*, ubi facta ac
 negotia solâ gestificatione exprimebantur, quæ ultima species primò
 quidem inter alios ludorum scenicorum actus exhiberi consueverat,
 cum

- 4
 cum tamen postea applausum populi invenisset, seorsim representari
 24 cepit. Conf. Rosin. *d.l. 5. c. 6. sqq.* Quod enim Attellanus ludos attinet,
 species satyræ aut mordacis veteris comœdiæ fuerunt, qui tunc temporis
 25 invaluerunt, cum juvenus Romana, histrionibus fabellarum actu re-
 26 lictio, ipsi inter se more antiquo ridicula intertexta versibus jactare inci-
 peret: ex Livio Hofman *Lexic. Univers. voc. Atella* Rosin. *d. c. 6. Alber-*
 27 *Gentil. d. actor. Spectat. fabul. non notand. c. 15. p. 69.*
 28 Fuere quidem & alii apud Romanos usitati ludi, sacri scilicet, voti-
 29 bant, quales Megalenses, Cereales, Florales, Martiales, Apollinares, Ca-
 pitolini, Romani, Plebeji, Consuales, Compitalitii, Augustiales, Palatini,
 30 Seculares &c. *Votivos*, quos Magistratus in bellum ituri volebant post
 31 res feliciter gestas & patriam victoriam exhibendos, quorsum specta-
 32 bant Ludi victoriæ, quinquennales, decennales, vicennales, triumphales,
 33 natalitii, Juvenales &c. *Funebres* fiebant in honorem defunctorum,
 quibus ita heredes officium suum testari volebant, omnium optimè
 34 hac ratione manes placari posse existimantes. *Ludicri* denique dicebantur
 illi, qui exercitationis tantum causa fiebant, uti Trojani, Castren-
 35 ses &c. de quibus omnibus latè agit Rosin. *d.l. 5. c. 13. sqq.* Verum cum ho-
 rum alii ex Circensibus, alii ex scenicis, alii ex Circensibus & scenicis si-
 mul constiterint, ad eos etiam meritò referuntur.
 36 Cæterum quod originem ludorum scenicorum attinet, Græcis eam
 37 deberi in confesso est. Vid. Rosin. *d.l. c. 8. Aristot. d. re poetica. Agost. Ma-*
 38 *scardi nei saggi Academici discors. 6. ubi hoc argumentum latè tractat.*
 39 add. Dn. Elménhorst in *Dramatolog. c. 2 §. 3. p. 28.*
 40 Ab his ad Romanos hæc res pervenit, qui in comediis scribendis &
 41 argumentum à Græcis acceperunt, & illis imitati sunt, uti de Plauti &
 42 Nævio testatur Petr. Crinitus *d. poet. latin. l. 1. c. 3. §. 4.* ac de se ipso autor
 43 est Terentius *Prolog. Andr. & Adelph.* Diu tamen Romanis incogniti erant,
 44 donec anno U.C. 389. occasione pestilentiæ, quæ tunc Romæ gra-
 45 sabatur, nullaque humanâ ope levari poterat, victis superstitione ani-
 46 mis, C. Sulpitio Petito & C. Licinio Stolone Coss. solemniter introduce-
 47 rentur, quemadmodum id prolixè enarrat Livius *l. 7. histor. Rom. ac Ta-*
 48 *citus l. 4. Annal. c. 21. repetit.*
 49 Representabantur autem hujusmodi ludi à certis personis, (quod
 50 vocabulum olim scenarum proprium fuit, quamvis postea ad omnia
 51 vitæ civilis munia, quæ ceu vultum quandam civilem civis intrinsecus
 52 affluit, fuerit translatum Rævard. *Conjectur. l. 1. c. 7. Strauch. ad Univers.*
 53 *Jus Justinian. Diss. 1. th. 16.* & propriè significat id, quod ad agendas fa-
 54 bulas assumitur, ita dictis, quod facies laribus, quæ personæ dicebantur,
 55 actu.

atturi tegere fuerint sicut, quemadmodum hunc in finem folia lappæ,
quæ inde quoque personata vocatur, adhibere consueverant, prout ex 36
Plinio & Dioscoride notat Elmenhorst. d. l. 2. p. 23. Roscius Gallus qui-
dem primum ex necessitate, quod luscis fuerit oculis, ejusmodi lar-
vis usus fuisse legitur, postea tamen passim earum usus receptus est, pri-
mumque Cinnius & Faliscus eas in Comædiis, Minutius vero & Protho-
nius in tragædiis adhibuerunt, uti est apud Gellium not. Attic. l. 5. c. 7.

Vocabantur personæ illæ alias & ludiones Vi. Turneb. Adversar. l. 6. 38
c. 26. quamvis hac appellatione non omnes actores, sed certos tantum-
modo, qui Satyrorum habitu induti cytharas pulsarunt ac saltarunt, ve-
nire ex Casal urb. § Imper. splendor. p. 2. c. 7. notet Elmenhorst d. l. p. 24. Hi-
striones Vid. L. 15. §. 1. ff. d. Usufruct. l. 12 ff. quib. mod. usufruct. amitt. l. 73. §. 3 ff.
de legat. 3. L. 44. §. ult. ff. d. liber. caus. l. 7. §. 1 ff. d. Oper. lib. vel ab actore quo-
dam, qui Histrio nominabatur & ex Hetruria Romam acersitus erat, vel
de regione Histria, Illyrici finitima, unde oriundi creduntur. Vid. Hofm.
Lex. Univers. voc. Histrio. Briffon, d. Verbor. signif. l. 8. voc. Histrio. & quemad-
modum ipsi ludi scenici, varii erant generis & specialia fortiebantur no-
mina.

Alii enim appellabantur tragædi, qui tragædiis intererant V. l. 38. §. 42
ult. ff. d. edil. edit. l. 12. pr. ff. d. fideicomm. libertat. alii comædi, qui in Comædiis
agebant V. l. 32. pr. ff. d. utilit. Edit. §. 10. d. leg. Aquil. alii mimi V. l. 38. §. ult. ff. 44
d. edil. edit. Nov. 115. c. 3. §. 10. L. 4. C. de Episc. audient, qui solâ gesticulati-
one hominum mores & facta imitabantur, inter quos qui excellebant
pantomimi l. 3. §. 5. ff. d. Condit. caus. dat. caus. non secut. l. 43. in fin. ff. d. act. emt. l. 45
25. l. 27. ff. d. Oper. libert. l. 4. C. d. spectac. l. 12. C. Theod. de scenic. § archimimi 46
vocabantur l. 25. ff. d. Oper. libert. Conf. Casiodor. Variar. Epist. l. 4. epist. ult.
Briffon. de Verbor. Signif. l. 14. voc. Pantomimus, quamvis nonnunquam e-
tiam pantomimus & histrio in eadem significatione accipiuntur, Pari-
dem enim Domitix, Neronis filix, libertum, quem Ulpianus d. l. 3. §. 5. ff. d.
Condit. caus. dat. caus. non secut. Pantomimum dicit, Tacitus Annal. libr. 13.
& Sueton. in Neron. c. 24. histriorem appellant. Et hi ipsi mimi alias iidem
sunt, qui planipedes dicebantur, cum enim tragædi cothurno, comædi
verò socco pedes induerent, hi nudis pedibus agebant. Rosin. d. l. c. 6. circ. 49
fin. Perez. ad tit. C. de spect. § scen. n. 4. Alii Thymelicii V. l. 4. pr. ff. d. his qui not.
infam. l. 10. ff. d. pollicitat. l. 14. C. d. Episcop. audient. Nov. 105. c. 1. l. penult. C.
Theod. de spectac. musici nimirum juxta Isidorum l. 18. c. 47. scenici, qui or-
ganis, lyris, cytharis præcinebant, inde dicti, quod olim in orchestra stan-
tes supra pulpitum, quod *thymelion* vocabatur, cantarent &c. Etenim rarissimi
mè hos ludos absque Musicæ, tam vocalis, quàm instrumentalis, inter-
ventu apud Romanos fieri consuevisse, sed eam ferè semper adhibitam
fuisse,

- fuisse, tum ut cantantibus ita amœnitatem quandam conciliarent, tum ut hi tempus ad recolligendas vires nanciscerentur, non tantum ex inscriptionibus Comœdiarum ac Tragediarum Romanarum perspicere
 51 licet, sed & latius probat Elmenhorst *d. l. c. 1. §. 5. p. 16 seqq.* licuti & quod musicam vocalem attinet, illud præter *l. 24. ff. ad L. Jul. d. adulter.* propriari potest ex *l. 34. pr. ff. d. edil. Edict.* usque, quæ ibi habet Gothofred. *in not. lit. L.* ubi de choro cantorum in Comœdiis agitur, quem à mimis separatum
 52 fuisse apparet ex *L. 14. C. d. Episcop. Audient.* nec non ex *Nov. 105. c. 1.* ubi per vocabulum *adorna* Alciat. *ad L. un. C. d. Athlet.* intelligit locum, in quo cantores in ludis spectabantur, *καὶ τὸ ἀδῶς cano & ὄραω* cerno.
 53 Peragebantur hujusmodi ludi in teatro, quo nomine veniebat ille
 54 locus, ubi Romani cum conjugibus & liberis ludos spectabant *l. 2. §. 9. ff. ne quid in loc. publ.* quod theatrum diversum fuisse ab amphitheatro apparet ex *l. 3. ff. d. Oper. publ.* theatrum enim semicirculi figuram habebat, cum è contrario amphitheatrum rotundum esset, & ex duobus theatris quasi
 55 constaret. *Cassiod. l. 4. Epist. ult.* Equidem diu apud Romanos nullum theatrum fuit, sed olim in diem ad locum indictum sub ramis arborum convenientes, qui specimen quoddam edituri erant, in medio nomina proponitebantur. Aderant Judicēs & spectatorum turba, qui cum in plano commode omnes spectare non possent, aggestis celsitibus editiorem locum sibi pulvillis actis faciebant. Hinc medius locus depressior, quem
 57 die *par terre* vocant, *caveæ* nomen accepit, & illi, qui post in tertia stantes spectabant, postea subsellia sibi ipsi afferebant. *Conf. Hofman Lexic. U-*
 58 *nivers. voc. Theatrum* Tandem theatrum faciendum primi quidem locarunt M. Valerius Messala & C. Cassius Longinus Censores anno U. C.
 59 599. verum autore P. Scipione Nasica omnem ejus operis apparatus
 59 hactæ subjectum venire placuit. Postea deleta Corintho L. Mummius ludis, quos in triumpho fecit, theatrum iterum erexit, sed temporarium,
 60 quem sequenti tempore alii secuti. *Hofman. d. l.* Et quamvis hæc Theatra lignea ab initio essent, postea tamen ex lateribus, lapide cæso, & marmore extructa sunt, non temporariâ morâ, verum æternitatis destinatione
 61 ne *Joh. de Laet. in not. ad Vitruv de Architect. l. 5. c. 5. lit. i.* quorum primum fuit, quod C. Pompejus Magnus ad exemplum illius, quod Mitilenis, bello Mithridatico, viderat, extruxit, eique, quò diutius conservaretur, Veneris ædem superposuit; nomine templi Veneris ipsi imposito. *Conf. Rosin. de antiquit. Roman. l. 5. c. 4. Hofman, d. l.*
 62 Partes theatri erant scena, proscenium, pulpitum & orchestra. Ro-
 63 *sin. d. c. 4. Scena* dicebatur frons theatri, sive ea theatri pars, quæ ab uno ejus cornu ad alterum cum coopertura ducebatur, (ad semicirculi enim
 64 figuram theatrum extructum erat,) atque hæc vel versatilis erat, scilicet

cet quando machinis quibusdam subitò vertebatur, & aliam picturæ fa- 65
ciem ostendebat, vel ductilis, quando tractis tabulatis huc atque illuc
species picturæ interior nudabatur, prout ex Servio notat Joh. de Laet. d. 66
l. c. 6. lit. C. Usurpabantur quoque ibi certa quædam pegmata, quæ tamen
etiam extra theatrum in usu fuisse docet l. 12. §. 25. ff. d. *instrum. & instrum.*
legat. five machinæ, *machinen*: Illa quidem ex se surgebant & tacite in sub- 67
lime crescebant, hæc vero supra scenam eminebant ac paulatim descen-
debant, ac in se residebant, quemadmodum pegmata illa ac machinas ex
Seneca describit Lipsius d. *Amphitr. beatr.* c. 22. add. Elmenhorst d. l. c. 4.
p. 156. seq. Genera scenatum tria fuisse docet Vitruvius de *Architectur.* l. 68
§. c. 8. Tragicum nimirum genus, comicum, & satyricum, quorum or-
natus inter se erant dissimiles. *Tragicæ* enim scenæ formabantur colum- 69
nis, fastigiis & signis, reliquisque regalibus rebus, quod in tragædiis ne-
gotia Reges aut Heroes concernentia exhiberentur; *Comicæ* vero ædifi- 70
ciorum privatorum & menianorum habebant speciem, quod in come-
diis ea tantum, quæ privatæ fortis homines concernerent, exhiberentur, 71
Satyricæ demum ornabantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque
agrestibus rebus in topiarii operis speciem deformatis. Add. Seb. Serlio
in *Architect.* l. 2. p. 26. sq. ubi hæc tria scenarum genera depicta exhibet.
Cæterum quamvis vocabulum scenæ communiter tantum de parte 72
theatri, ac ita de loco publico usurpetur, sicuti ex Tacit. *Annal.* l. 14.
& Sveton. in *Domitian.* c. 7. (ubi histrionibus scena interdicta esse le-
gitur, intra domum tantum exercendi artem jure ipsis concessò) pro-
bare intendit Petr. Faber. *Semestr.* l. 1. c. 20. in jure nostro tamen etiam 73
de domestica scena accipitur, quando Labeo eam esse dicit, quæ ludo-
rum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistit, moveturque,
spectaculum sui præbiturus, posita est, in publico, privatove, vel in vico,
quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittuntur l. 2. §. 5. ff.
d. *his qui notant. infam.* ac de hac scena intelligendi textus, quando aliquis 74
in scenam prodire dicitur, d. l. 2. §. 5. l. 1. l. 3. ff. *Eod.* l. 24. pr. ff. ad l.
Jul. d. *adulter.*

Proscenium erat locus ante scenam porrectus, in quo erat *pulpitum*, 75
agentium scilicet & loquentium vel cantantium locus, cujus pulpiti
altitudo erat quinque pedum, ut sedentes in orchestra omnium agen-
tium gestus spectare possent. Vitruv. d. 5. c. 6. & ibi de Laet. lit. B. Ro-
sin. d. l. 5. c. 4. *Orchestra* dicebatur locus, ubi Senatores spectaturi con- 76
sistebant Vitruv. d. l. quamvis enim usque ad annum U. C. 558. Sena-
tus populo mixtus spectaculis & ludis interfuerit, morem tamen hunc 77
Atilius Serranus & L. Scribonius Ædiles, ludos matri Deum facientes,
Superioris Africani sententiam secuti, discretis Senatus & populi locis,
sol-

78 solverunt Roſin. d. c. 4. poſtea quoque Equitibus ſpecialis locus assignatus, milites ſeparati à populo, mar tis è plebe proprii ordines conſeſſi, & prætextatis ſuis quoq; attributus eſt cuneus, de quibus locis ac ſpecialibus impoſitis nominibus videri poteſt Hofman, *Lexic. Univerſ. voc. Theatrum.*

79 Cæterum, quod argumentum horum ludorum concernit, tractabantur in illis res tam ſacræ, quàm profanæ, nihilq; intererat, an hæ ipſæ
80 vera ita contigiffent, an ita contigiffent tantùm fingerentur. Prout itaq;
81 ex diverſis materiis hujusmodi ludi conſtabant, ita quoque ſcopus ac
82 finis eorum non unus erat, ſed diverſus. Conſtat enim in honorem Deaſtrorum eodem eſſe inſtitutos, atque ita Romanos in eis partem cultus divini conſtituiſſe, quemadmodum illud Patres primitivæ Eccleſiæ paſſim in ſcriptis ſuis teſtantur, quos per compendium exhibet Ant.
83 Reifer. in *Theatrom.* Ad d. Micræl. l. 2. *Ethnophron.* ubi poſtquam triplicem Gentilium fuiſſe Theologiam ex Varrone docuerat, Mythicam, Naturalem & Civilem ſive Politicam, hanc maximam partem ex ludis ſcenicis conſtituiſſe notat. Conf. Elmenhorſt. d. l. c. 1. §. 3. p. 6. ſqq.

84 Præter hunc reſpectum, quem ad cultum divinum habebant ludi, recreatio quoq; populi, lætitia ac hilaritas publica per eosdem intendebatur Cæl. Rhodigin. *antiq. lectio. l. 6. c. 17.* & præterea ſpectatores non minus, ac ipſi actores ad amorem virtutum, excitatō odii vitiorum, quaſi manu ducebantur. Peretz. *ad tit. C. d. ſpectac. & ſcen. n. 17.* Faciunt huc
85 apprimè ea, quæ ex Gyrald. *de poët.* recenſet Elmenhorſt. c. 2. §. 3. p. 28. Athenienſes ſcilicet, qui huc uſque variis impliciti fuerant bellis, pace compoſitâ, otio ac vitiiſ ſeſe dediſſe, illisq; qui ruri habitabant, vi
86 rias creaffe moleſtias: Conqueſtos hos quidem de injuriis ſibi illatis, ſed
87 ſurdis, quod ajunt, narraſſe fabulâ. Per motos ergo hos facti indignitate, noctu, dormientibus Athenienſibus, acceſſiſſe, ac permeantes plateas, omnes, quibus affecti erant, palam enarraſſe injurias, expreſſo ſimul autorum nomine. Hinc eveniſſe, ut Vicini, læpiſſimè hoc ipſo expergeſciti, reprobraverint altero mane concivibus ſuis ea, quæ de ipſis audiverant. Juſſiſſe poſtea Magiſtratum, cum videret hanc viâ cives à delictis abſtrahi
89 poſſe, ac revera quoq; abſtrahi, ut ea, quæ ita noctu expoſita eſſent, publicè in theatro recitarentur, Poëtis, ut ea carmine comprehenderent, certò conſtitutò præmiò, invitatis. Sed cum hanc licentia ſibi conſeſſa poſtmodum abuterentur Poëtæ, ac nullò habitò diſcrimine tam nocentes, quàm innocentes, verſibus ſuis laceſſerent, obviam huic maledicendi ſtudii ire per leges oportuit, indeque introducta illa, quæ apud Scriptores paſſim allegatur, differentia comædiæ veteris, mediæ & novæ, de qua differentia latè Agoſt. Maſcardi nei *ſaggi Academ. diſcorſ. 6.*

Et

Et hæc erat ludorum scenicorum conditio apud Romanos, quæ non tantum per id tempus, quo Ethnici Imperatores summam rerum tenebant, duravit, sed & prout ex Codice nostro apparet, regimentis, uti dicitur in *l. un. ff. d. Offic. Præf. Prætor. Reipublicæ Romanæ* ad Imperatores Christianos translatis remansit, si unicum illud, quod partem cultus divini in iis constituerint Gentiles, cum hoc Christiana religio non ferat, exceperis. Sed irruentibus postea in Imperium Romanum Barbaris, illudque miserum in modum devastantibus, unâ cum aliis pretiosissimis ædificiis diruta ac eversa quoque sunt theatra, ut hodie nobis de iis præter rudera, de quibus passim Itineraria loquuntur, nihil superfit. Equidem remansit ludorum scenicorum usus, verum cum non amplius publicis sumptibus haberi soleant, quod olim apud Romanos factum, veterum ludorum præstantiam non attingunt, nec attingere possunt.

Quod Germaniam attinet, quando ibi ludorum scenicorum usus introductus fuerit, non ad eò certò constat; Credibile tamen est, ludos illos jam tum olim Germanis innotuisse, ob commercium, quod eis cum Romanis vicinis intercessit. Usus tamen eorum & subsequentibus temporibus rariorem fuisse certum est, quippe qui ab eo demum tempore, quò poëseos Germanicæ studium efflorescere cepit, potissimum increbuit. Dupliciter autem constituuntur generis, dum alios simpliciter ludos Comicos, alios vero *Operas* vocamus, quorum differentiam in eo posueris, quod hæc ad similitudinem ludorum Romanorum ex Musica, tam vocali, quàm instrumentali, constant, frequensque in his sit machinarum usus, illi vero omnibus hisce careant.

Sunt autem *Operæ*, uti dicuntur, nihil aliud, quàm viva representatio facti, vel veri, vel quasi, sive fabulæ, modulis expressa ad movendos, docendos & recreandos Auditorum & Spectatorum animos intenta.

Nomen hoc à Gallis accepere, qui hujusmodi, quos modò descripsimus ludos, *Opera* vocare solent, ad differentiam aliorum ludorum scenicorum, quos *Pieces comiques, Comædies, Tragedies* tantum appellare consueverunt. Cæterum ipsa vox latina est; non tamen eo sensu hic venit, quo ab Ethnicis olim acceptam eam esse Virgilio, Juvenali, Tibullo & aliis notat Turnebus. *Advers. l. 6. c. 9.* ubi in re sacra pro sacrificio sumebatur. Cessant enim & unâ cum Gentilismo extirpata sunt sacrificia illa, quæ in ludis etiam scenicis, olim in honorem Deastrorum faciebant Gentiles, de quibus prolixè Tertullian. *libr. d. spectacul.* Sed idem denotat ac alias *Opera, Werke*, quod nomen per eminentiam quandam ludis hisce musico-scenicis inditum est, pari modo ac Græci hos ludos generaliter appellant *δραματα*, ab antiquo vocabulo *δράω*, quod idem est ac *πράττειν*, operari, facere, Elmenhorst *c. 4. §. 2. p. 101.* Utut enim

B alias

aliās hęc duo vocabula in se diversa sint, cum operæ potius in labore ac actione consistant, opera vero operarum effectus sint, non tamen ignotum est, ta n apud Sctos, quàm apud Autores classicos promiscuè ea sumi, uti probat pluribus Itter. *addit. ad Brisson d. Verb. signif. l. 13. verb. Opus.*

- 104 Repræsentantur autem hujusmodi Operæ, uti notum est, à personis musicam callentibus, vel jussu Superiorum, ut in aulis Principum contingit, vel ad minimum eorum permissu, quemadmodum in civitatibus illis majoribus, ubi habentur, usu venit. Objectum earum constituunt historiarum, sive ex sacris Bibliis, sive ex historiis profanis, Græcis, Latinis, Germanis aut aliis desumptæ, quin & haud rarò fabulæ hanc in rem adhibentur, quibus sub specie veri Poëtæ veteres nobis impostuerunt. Formam constituit ipsa repræsentatio, quæ in theatro, gestibus ad decentiam compositis, musicaque tam vocali, quàm instrumentali, alioque honesto apparatu, absolvitur. Quod finem deniq; concernit, varius ille est; intenditur enim non tantum recreatio honesta, sed & faciunt ad excitandum amorem virtutum, & odium vitiorum, imo poëtes Germanicæ ac musicæ utriusque incrementum, quæ omnia fufius persequitur
- 108 Elmenhorst. in *Dramatolog.* Ego, memor instituti mei, hisce generalibus missis, ad id, quod instituti mei est, me confero, cap. 2. quid circa ipsos Ludos scenicos & Operas, cap. 3. quid circa Actores Operarum, cap. 4. denique quid circa Spectatores Operarum justum sit, consideraturus.

CAP. II.

De eo, quod justum est, circa Ludos scenicos ipsos, Operasve modernas.

Summaria.

A N operæ sint res licitæ.	nm. 1	Affirmatur.	85. sq.
Ration. negantium.	2.	Magistratus ludos scenicos permittere potest.	90. sq.
Item Patrum primitivæ Ecclesiæ.	3. sq.	A pud Romanos Ethnicos Magistratus ludorum curam habuit.	94.
Et Doctorum recentiorum.	3. sq.	Uti Prætor Romæ.	95.
Affirmatur sub distinctione.	15. sq.	18. sq. 21. sq. Quid denotet vox popularium in l. 1. § 12. ff. d. offic. Præf. Urb.	96. sq.
Rationes Affirmant.	20.	In provinciis Præsides.	98.
Diluitur Instancia.	24. sq.	Sicuti & Sacerdotes & Pontifices.	99.
Confirmatur Affirmantium sententia quibusdam Responsis.	55. sq.	Tandem quoque Imperatores Ethnici.	100.
Respondetur Negantibus.	58. sq.	Lex Licinia de ludis lata.	101.
Item Patribus.	69. sq.	Item lex Roscia.	102.
Aliisque Doctoribus recentioribus.	78. sq.	Et lex Julia.	103.
An in musica hodierna aliquid vitii latitet?	83. sq.	Christiani Imperatores isidem ludos permiserunt.	104. sq.
Utrum historiarum Bibliæ in Operis repræsentari possint.			Præ

Præcavendus tamen erit ludorum abusus.	An non fœnicis sacris publicis?	112. sq.
	Non debent esse nimis frequentes.	114.
Sunt prohibendi ludi turpes.	Nec nimia sumptuosi.	115. sq.
Scandalosi.	Legatum ad ludos relictum an valeat.	117.
Ludi non exhibendi in loco sacro.	An in alium usum possit converti?	118. sq.
Nec die sacro.	Quid si non sufficiat relictum.	124. sq.

Quod itaque ludos scenicos ipsos attinet, non hodie demum aut
 nudius tertius, sed jam tum olim, an rebus licitis, an illicitis an-
 numerandi essent, dubitari coepit. Reposuerunt etenim eos, non
 tantum veterum Philosophorum quidam in rebus nihili, nugis
 futilibus, voluptatibus fallacibus, & cum pro solis aurium deliciis eos
 habuerint eliminandos de sacrario Philosophiæ ac ad nutricum cunas
 relegandos judicarunt, prout hanc sententiam ex Xenophonte, Philo-
 none, Platone, aliisque refert Alber. Gentil. *d. actor. & spectator. fabul. non*
notand. c. 19. sed & primitivæ Ecclesiæ Doctores, Tertullianus, Hierony-
 mus, Augustinus, Salvianus, Cassiodorus, Chryostomus, Clemens A-
 leandrinus, alique, quos longo agmine recenset Anton. Reyser in
Theatromania, admodum eos improbarunt, ac acerrimè contra eosdem
 insurrexerunt, hisce potissimum nisi rationibus, (1.) quod in baptismo
 abrenunciemus diabolo, angelis ac pompis ejus, quarum nomine hosce
 ludos indignant, atque hoc argumento utitur etiam Imperator in *l. sin. C.*
d. Episcop. audient ubi Clericis spectacula interdicit; (2.) quod deceat
 Christianos omnia ea odisse, quorum autores non possunt non odisse,
 jam verò constare inter omnes, Ethnicos primos ludorum scenicorum
 esse autores, primumque, uti *cap. 1.* dictum, theatrum templum Vene-
 ris fuisse à Pompejo M. exstructum, (3.) quod rerum & verborum tur-
 pitudine, ad pravas cupiditates ac scelera incitent, & fictis criminibus ad
 vera inflamment, oculis & auribus, quæ pestis certissima est, pravita-
 tem insinuantes. (4.) quod Deo placere non possint, qui omnem simi-
 litudinem, præ primis imaginis suæ, fieri vetuerit: non enim amare fal-
 sum autorem veritatis, adulteriumque esse apud illum omne, quod fingi-
 tur; Non probaturum proinde Deum, qui omnem hypocrisin damnat,
 vocem, sexum, ætatem mentientes, amores, iras, gemitus, lacrymas &c.
 asseverantes, tandemque (5.) huc, ut reliqua, quæ Ethnicorum spectacu-
 la tantum stringunt, præterquam argumenta, trahunt dictum *Psal. 1. v. 1.*
 Ubi felix ille dicitur, qui non abit in consilium impiorum, per illud con-
 silium ludorum hujusmodi scenicorum actores quoque subinnui exi-
 stimantes. Quin & ex recentioribus Scriptoribus nonnulli scenicos
 ludos impugnandos suscipere, moti imprimis, (1.) quod consistant in
 vitiorum ac scelerum viva representatione. Licitum autem non esse
 ejusmodi scelera, nisi cum aliqua detestatione, nominare *Ephes. 5. v. 3.*

- multo minus ergo concedi posse, ut eadem gestibus ad vivum repræsententur. (2.) quod non tantum repræsentationibus istis species scelerum induatur, à qua tamen Christiani abstinere debeant. *1. Theff. 5. v. 22.* sed maxima etiam detur opera, ut ad vivum ea & internè concipiuntur, & externè exprimantur, ex quo fiat, ut ad eadem vitia sese exercentes disponant; ac prout hinc & prompti reddantur ad illa sine pudore perpetranda; (3.) quod quædam eorum ita repræsententur, ut simul etiam re ipsa exerceantur, sicuti stultiloquia, dejerationes, vanæ execrationes & similia, actores quoque non minus ac spectatores oblectationem capiunt ex his, quorum ipsos pudere debeat. *Rom. 6. v. 21.* (4.) quod per huiusmodi ludos spectatores quoque periculo seductionis exponantur, vitia enim per voluptatem facilius furrerunt; quam in rem elegans videri potest ex postulatione Solonis cum Thesbi apud Dn. Becman *Medit. Polit. diff. 1. f. 8.* & licet forsàn aliquis absque proprio periculo hinc elabatur, non tamen immunis idem sit, à scandalo saltem dato, aliis nempe suo exemplò ad periculum & peccatum pertractis, (5.) quod in theatrum sæpius producantur mulieres cultu meretriciò, vocem etiam ad movendos auditores componentes & inflectentes. Vetassè Paulum Apostolum *1. Timoth. 2. v. 12.* mulierem in Ecclesia docere, cuius hanc rationem nonnulli veterum interpretum velint, ne vox eius audientes moveat ad libidinem; quemnam ergo ab eo periculo sibi securitatem polliceri posse, ubi mulier introducit, non sancta, sed vana proferens, non habitu modestò & velatà facie, sed impudicò gestu & nudatò ferè corpore; quod denique (6.) nihil publicè aut foveri, aut permitti debeat, quo opifices & rustici relictò opere quotidianò, cum familiæ suæ calamitate à labore ad otium vocentur, famulique à debito dominis suis obsequio distrahantur. Vid. Amesius *de Conscient. l. 5. c. 39. f. 26. sq.* Dn. Becman. *Lin. Doctr. Moral. c. 15. f. 8.* ibique alleg. Rivet. *Explic. Exod. c. 20. p. 1409. sqq.* Joh. Prynne *tract. cui nomen Histrionastix.*
- 15 Ut autem hæc ita speciosè satis proferantur, nequaquam tamen hanc sententiam adeò simpliciter amplectendam esse existimo, potiusque distinguendum duco inter ludos scenicos in abstracto, si e in se, & 16 in concreto, sive cum circumstantiis, consideratis. Quemadmodum enim eos propter varias circumstantias sæpius aliquid vitii contrahere non diffiteor, est enim hæc circumstantiarum natura, ut rem ac jus, sive 17 potius juris applicationem, varient *l. 26. f. 12. ff. d. Condit. indebit.* ita si 18 in abstracto sive in se iidem considerentur, ne inquam in illicitis eos ponendos esse iudicaverim. Nemo siquidem, nisi ineptè stozans, negabit, licere post negotia gra iora & seria animo quoque esse remissio-

ri, ut refocilletur animus illis, quæ oblectationem eidem pariunt, sicuti corpus defatigatum cibo & somno jucundè recreatur Alber. Gentil. d. actor. & spectat. fabul. non notand. c. 19. & 20. Hinc Plato necessarias quas-19 dam vocavit voluptates, quas amovere non possumus, & quæ, cum percipiuntur, nos juvant. add. l. 76. ff. d. judic. Conf. Walther. Postil. Jurid. ad Dom. Letare §. 111. Quarum numero ludos quoque hos scenicos habere licebit, si illis quidem utamur, uti Cicero l. 1. Offic. c. 29. loquitur, sicut somno & quietibus cæteris, tunc, cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. Et quamvis ad hoc ipsum Dn. Becman. d. c. 15. §. 20 & p. 242. regerat, adhibendum hic esse Cromwelli consilium, qui orationibus ingeniosis, intercurrente subinde cantu musico, recreari curavit populum Anglicanum, nondum tamen hinc sequitur, hoc recreationis genus eapropter è medio tollendum esse. Ut taceam, ex orationibus ingeniosis quamplurimos parum delectationis percipere, si quidem auditores indocti ex orationum acumine non adeò magnam haurient voluptatem; Ludos verò, qui & ipsi quoque non omni, ut ita dicere liceat, destituuntur ingeniositate, doctis non minus quàm indoctis insignem afferre posse jucunditatem. Quin & quam ex lectione historiarum civilem prudentiam, ex virtutum & vitiorum exemplis vitæ honestè peragenda præcepta elicere licet, illa ex ludis scenicis observata, eò magis haud rarò mentem afficiunt, quò majorem vim affiendi habent, quæ voce & gestu repræsentantur, quàm quæ per lectionem tantum cognoscuntur. Accedit, quod ludi scenici illarum rerum numero sint, quæ uti Thomas 2. 2. quest. 168. art. 3. loquitur, sunt dirigibiles secundum rationem, & secundum omnes causas & circumstantias vitio carere & rectè se habere possunt; ex quo satis apparet rem per se illicitam illos non esse, prout hæc latius deducunt Bonacina Theol. Moral. Tom. 2. fol. 617. n. 16. Escobar. Theol. Moral. tract. 3. exâm. 13. c. 4. n. 64. Meischer Philosoph. fabr. tom. 1. sess. 2. c. 4. allegati à Dn. Zentgrav. diss. ad Ciceron. Offic. l. 1. c. 29. §. 7. Alber. Gentil. d. tr. p. tot. Gryphiand. Occonom. legal. l. 1. c. 35.

Atque hanc sententiam, ludos nimirum scenicos in se nullo vitio laborare, quemadmodum à Dn. Præside percepi, amplexa quoq; est Reverenda Facultas Theologica Wittebergensis in Responso quodam, ad instantiam Adriani Warfenii anno 1687. d. 30. Decembr. dato, cuius Responso mihi communicati verba, cum ad illustrationem hujus materiæ apprime faciunt, non inutile futurum credidi retulisse. Bei25 langend die erste Frage: Ob es an sich ein sündhaftt Werck sey / solche Sing. Spiele zu præsentiren / oder dieselbe zu hören und zu schauen? so geben wir hierauf nein. zur Antwort. 1. propter defectum interdicti, weil:

- 26 weil solche Sing: Spiele nirgend in Gottes Wort verboten/ den wir mögen das interdictum divinum betrachten/ so wohl immediate als mediate, respectu Magistratus ordinari, so will sich hier/ so viel die Sing: Spiele an und für sich selbst betrifft/ kein Verbot finden. Den quoad interdictum immediatum wird sich kein Verbot/ weder im Alten noch im Neuen Testament / an treffen lassen/ in welchen alle oder dergleichen Sing: Spiele an und für sich selbst simpliciter verboten wären; denn wenn sie solten schlechter dings verboten seyn/ so könnte kein Kaiser/ König oder Fürst dergleichen Sing: Spieler mit ordentlichen Bestallungen versehen/ es könnten solche Personen auch gar keinen Beruff haben/ die Sing: Spiele könnten mit guten Gewissen an keinen Hof/ in keiner Christlichen Republic geduldet oder verstattet werden/ sie könnten auch gar zu keiner Zeit / auch umb keiner Ursache willen angefiellet werden.
- 29 den. Es ist aber bekandt/ das an grosser Herren Höfen und volkreichen Städten/ auch in wohlbestalten Regimentern das contrarium geschehe; Da wir keines weges alle die hohe Potentaten / oder ihre bestalte Sing: Spieler/ viel weniger aber die Zuhörer und Zuschauer verdammen können/ noch sollen.
- 30 2. Propter naturam peccati, denn die Sür de ist das Unrecht/ *ή άμαρτία* *εστι ή άνομία* 1. Job. 3. v. 4. Was an und für sich selbst soll ein sündhaftes Werck seyn/ das muß den heiligen zehen Geboten Gottes zu wider seyn/ es muß seyn eine *παραρρησία*, eine Ubertretung / 2. Petr. 2. v. 16. da ein Gebot Gottes würcklich mit dem Werck übertreten wird; das wird aber von den anders als Ubertretung des Befehles Gottes seyn solten. Zwar wenn sie in concreto, oder in den sündhaften subjecto betrachtet werden / so können sich viele sündhafte Wercke und Ubertretungen/ so wohl bey den Sing: Spielern/ als bey den Zuhörern und Zuschauern finden/ aber an und für sich selbst sollen sie nicht für ein sündhaftes Werck gehalten werden / und zwar 3. propter naturam objecti, weil die Sing: Spiele nichts anders seyn / als gewisse se Geschichte oder Gedichte / so mit Singen/ auf gewisse Art und Weise/ Kunst und erbaulich/ denen Menschen zur L. ft und Ergözung/ auch zum Nutze und Besserung fürgestellt werden. Wir könnten solches weitläufftiger Jure Divino, Naturali, Gentium, Ecclesiastico und Civili erweisen/ das solche Sing: Spiele an und für sich selbst in ihren eigenen Schranken/ nach allen diesen Rechten zulässig / und für sich kein sündhaftes Werck gehalten werden solten/ halten es aber für unnöthig. Was derohalben sündhaftiges an denselben verspüret wird/ solches rühret her / nicht von dem Objecto, oder Werck an sich selbst/ sondern von dem subjecto, weil entweder die Sing: Spieler/ oder aber die Zuschauer und Zuhörer/ oder andere/ so damit zu thun haben/ solchen sündhaftigen Zustand verursachen. 4. propter objecti *ή ανομία*, denn das Sing: Spielen/ seinen eigenen Namen nach/ bestehet theils in

in Spielen/theils in Singen. Wenn nun dieses Singe-Spielen an und 37
für sich selbst solte ein sündhaftes Werck oder Wesen seyn/ so müste dieser
sündhafte Uebelstand entweder aus den Spielen/oder aus den Singen / od er
aus deren Zusammenfügung seinen Ursprung nehmen. Es ist aber bekant/ 38
daß die ludii scenici, Comædien/ Tragædien/oder andere dergleichen Spiele
an und für sich selbst keine Sünde seyen/ auch dafür an und für sich selbst
nicht können noch sollen gehalten werden/weil sie nichts anders seyn/ als leb-
hafte Jugend-und Laster. Spiegel/jene zu thun / diese ;u lassen: Sie seyn le 39
bende Lehr-und Lebens-Fürstellungen / daraus wir in Lehr und Leben können
unterrichtet werden: Es seyn lebendige Exempel-Bücher/in welchen wir se-
hen und hören können/welche Tugend-Exempel wir folgen und welche Laster-
Exempel wir fliehen sollen; Es seyn viva Gymnasia, viva Auditoria, viva
^{comœdiantia} ^{comœdiantia}, und was sie hin und wieder für schöne Namen führen/ wann sie in
ihren eigenen Zustande/ und nützlichen Gebrauch gelassen werden. Viel 40
weniger aber können solche Spiele des Singens wegen für ein sündhaftes
Werck an und für sich selbst gehalten werden/massen die Singe-Kunst ei-
ne von den herrlichsten / angenehmsten und nutzbarsten Künsten des mensch-
lichen Verstandes und Lebens ist/ welche bey Hohen und Niedrigen/bey Gros-
sen und Kleinen/bey Reichen und Armen/allegeit in dem fürtrefflichsten Ruff
und Ruhm gestanden/daher das Singen in Christlichen Dingen uns hin und
wieder in veteri & novo testamento nicht nur aufs beste recommendiret/
sondern auch ernstlich anbefohlen wird. Wann nun solche Singe-Spiele 41
nach keinem ihrer wesentlichen Stücke/weder nach dem materiali oder dem
Spielen/ noch nach dem formali, oder nach dem Singen / an und für sich
selbst keine Sünde seyn/oder in Sünde bestehen / so kan ja ein jedweder leicht
erachten / daß auch die Sing-Spiele in ihrem völligen Wesen nicht können
noch sollen vor sündhaftige Wercke gehalten werden. s. propter praxin 42
Dei, denn weil dergleichen actus Comici nichts anders seyn / als nützliche
Lehr-und Lebens-Fürstellungen/ daraus die Zuhörer und Zuschauer sollen er-
bauet werden/da eine Person bald in eines Königs/bald in eines edlen-Herrn/
bald in eines Haus Vatters / in eines Hirten / in eines Bauren oder Sæ-
manns Habit und Leben/öffentlich fürgekletet wird so finden wir ja daß Gott
der Herr selbst durch solche Fürstellungen in seinem Wort sich aufzuführen. 43
Matth. 22. v. 1. Luc. 19. v. 12. Matth. 20. v. 1. Psalm. 23. v. 1. Matth. 13.
Luc. 8. Ps. Welche Fürstellungen keines wegcs etwas sündliches an sich
haben/und daher so wohl mit Worten in den Predigten/als auch auf ander-
re Art und Weise können an-und weitläufftig ausgeführt werden. Es ist 44
auch bekant/ daß der H. Geist nicht allein Gott den Herrn in gewissen
Fürstellungen aufführe/sondern da werden bald Engel/bald Menschen/so bald
böse

böse als gute / so bald Sodom und Gomorra / als Zion und Jerusalem / auch die Heyden selbst präsentiret, bald werden wir in die Graß- und Blumen-Garten / bald in die Baumschulen / bald in die Fisch / Vögel und wilde Thier Comædien und repräsentationen oder Fürstellungen eingeführet / und zwar ohn alle Sünde / zu unserer Erbauung / und was dergleichen mehr weitläufftig ausgeführet werden könnte / da es auch heißet *Dei praxis nostra*

45 *praxis*. Wenn wir solchen sündlosen und untadelhaften Fürstellungen des grossen Gottes nacharten / können dergleichen Aufzüge und *Comicæ præ-*

46 *sentationes* oder *actiones* ohne alle Sünde vorgenommen werden. Das hero die spielende Fürstellungen oder fürstellende Spiele an und für sich keine sündhafte Werke seyn / 6. *Propter praxin Christi*, denn der ewige Sohn Gottes hat ja seine Lust gehabt / seine wunderbare Spiele / so wol im Alten als Neuen Testament / bey den Menschen Kindern auf allerhand Arten zu präsentiren und allerley habit und Personen an sich zu nehmen / wie solches der weise Salomo *Prov. 8. v. 30. § 31.* ins gemein an ihm rühmet / und hin und wieder in Heil. Schrift solche Special-Fürstellungen auf- und eingeführet werden / welche wir hier anzuziehen

47 unnothig erachten. Man siehet aber daraus / daß die lebendige Repräsentationes und Fürstellungen einer Person unter vielen andern angenommenen Personen zu nützlicher Erbauung des Nächsten an und für sich keine Sünde seyn. Und was wollen wir solches weitläufftiger auführen / es ist die grosse weite Welt nichts anders als eine *Comædia*, darinnen ohne unterlaß theils die uralte Creaturen / Sonne / Mond und Sternen / theils andere / auch neue Creaturen aufgeföhret / und zu unserer observation, imitation und Correction uns allensampt präsentiret und fürgesetzt werden. Alle Tage / wenn wir aufstehen und unsere Augen aufheben / gehen wir in das grosse Comædianten-Haus / und wären wir glückselig / wenn wir ein jede Creatur und ihr Wesen wol obferviren / eine jede in ihrem rechtschaffenen und von GOTT geordneten natürlichen Lauff recht beobachten / auch den rechten von dem Schöpffer abgezielten Zweck zu seinem Ehren / der Welt und der Creaturen besten / und unsern eigenen Wohlstand erreichen könnten / etc. *ubi tandem concluditur*. Also können ja solche Comædiantische Fürstellungen an und für sich / auch in ihrem rechtschaffenen Gebrauch / von verständigen Leuten für sündliche Werke nicht gehalten werden.

51 *Consentit cum hoc ipso asserto Amplissima Facultas Juridica Wittebergensis in Responso, mense Januario 1688. eidem Warsenio dato, ubi concludit.* So mag weder die repräsentation solcher Sing-Spiele / noch

noch das Anhören und Zuschauen derselben für ein wider die Göttliche und Weltliche Rechte streitendes Werk gehalten werden. Item: So seyn⁵² solche Sing. Spiele vor indifferente und zulässige Ergödgungen billig zu halten / welche an einem der Augspurgischen Confession zugethanem Ort ohne Aergerniß und Verlegung der Religion, als welche die Polliceyen nicht aufhebet / dar wol geduldet und verstatet werden können. Nec aliena⁵³ ab hoc asserto sententia est Rever. & Ampliff. Facultat. Theol. g. & Jurid. in Academia Rostochiensis, prout apparet ex Responso quodam, communi utriusque Facultatis nomine d. 14. Septembris 1687. dato, ubi inter alia dicunt: Es bleiben solche Sing. Spiele ein adiaphorum, sa seyn auch zuweilen sehr nützlich / umb vom Gessiffe und andern unziemlichen Zeitvertreibungen die wollüstigen Gemüther ab / und zu einer geziemenden ehrbaren Ergödglichkeit zu bringen / die zugleich ihnen zu einer guten Unterrichtung des Lebens diene / wie befanndt ist / daß auch die Schau. Spiele darzu dienlich seyn. Vid. Joh. Avenar. *quæst. Nomic. polit. qu. 141.* Schritmeier *specul. polit. qu. 40.* Sagittar. *Exerc. Ethic. 11. th. 7. lit. A.* Idemque planè sentit admodum Reverend. & Excellent. Dn. D. 54 Mayer, S. Reg. Maj. Svec. Confil. & in hac Academia Prof. Theol. Honorar. in Responso de hac ipsa materia d. 22. Septembr. 1687. conscripto, ubi ex iisdem planè rationibus concludit, können also Operen / die unärgerlich abgefasset / ohne Aergerniß agiret, aus oben angeführten Gründen an einem der Augspurgischen Confession zugethanem Orte ohne Gewissens. Verlegung auch Kränckung der Religion und guter Pollicey wol vorgestellet werden.

Non infringunt hanc sententiam ea, quæ in contrarium modò⁵⁵ adducta sunt, argumenta. Quod enim primum ex Xenophonte aliisque defumtum attinet, generale illud non esse, sed indigna tantum ac vana spectacula concernere ipsa subjecta commonstrat ratio. Nec à verita⁵⁶ te aberraverim facilè, si dixerò veterem tantum comædiam ab iis reprehensam esse, quæ plena mordacitatis, ac tantum ad voluptatem composita erat, à qua ad novam, prout hodie est, malè ducitur argumentum Alb. Gentil. *d. actor. & spectat. fabul. non notand. c. 19. p. 92.* Qui ibidem addit & ipsi Xenophonti probari repræsentationem quan⁵⁷dam scenicam Bacchi & Ariadnes sese ad amores mutuos provocantium & nuptias, & à Philone non minus ac à Platone laudari fabulas inter convivandum eruditas, quò ipso respiciunt ad morem veterum, qui in fine cœnarum, quemadmodum ex Plinio constat, soliti erant inducere, qui ad oblectandum actus comicos agerent. Quod si ulterius⁵⁸ ad Patres ex iisque defumtas progrediar rationes, non ita generaliter eos

eos accipiendos, sed vel de spectaculis Ethnicorum Idololatricis, vel
 de abusu ludorum scenicorum illos intelligendos esse ex iporum argu-
 59mentis colligo. Quorum quoque collimat Dn. D. Mayer alleg. Resp.
 quando inquit: und auf diesen Mißbrauch zielen alle Straff-Reden der
 Väter/die entweder die ärgerlichen argumenta, oder die ärgerlichen leicht-
 fertigen actiones, oder andere sündige Zufälle getadelt haben / wie solches
 60aus den klaren Buchstaben Tertulliani, Chrysoftomi, Salviani &c. zu se-
 hen. Hinc rectè Rostochiensis citat. Resp. darum dann / was die heil.
 Väter scheinen generaliter geredet zu haben / denen ehrlichen und beschei-
 dentlich angestellten Schau-Spielen so wenig zum Nachtheil gereichen kan /
 als wenig man heutiges Tages die Jagten / die Mahler- und Bildhauer-
 Kunst an sich selbst vor sündlich hält / ob gleich unter denen Alten unterschied-
 liche gewesen / welche in Ansehung des Mißbrauchs ihrer Zeiten selbige ebene-
 falls generaliter verbotten und gestrafft haben.. Add. Alber. Gentil. d. tr.
 61c. 13. p. 56. Hinc, cum hodie longè dispar ratio sit nostrorum ludorum
 scenicorum, ubi omnis idololatria exulat, & non de abusibus, qui ir-
 repererunt, emendari tamen possunt, Peretz ad tit. C. d. spectac. & scen.
 n. 17. sed de ipsis ludis in se consideratis, quaestio est, rationes allatae,
 meò quidem iudicio, nostros ludos non ferient, cum diversorum di-
 versum sit iudicium l. 23. §. 5. ff. de Verb. Oblig. Barbos. locuplet l. 4. c. 39.
 62ax 4. Ut autem distinctè ad rationes illas allatas respondeam, prima
 earum respicit tantum spectacula & ludos Gentilium, quippè quos par-
 tem cultus illorum divini constituisse, supra cap. 1. dictum est, de reli-
 quis ludis autem probandum adhuc erit, illos ad pompam Diaboli
 63pertinere. Secunda ratio non concludit, nec sequitur, quod Ethnico-
 rum inventa ac tradita, quando nihil religioni fidei ac conscientiae no-
 strae contrarium habent, odio statim plusquam Vatiniano prosequi de-
 64beamus Conf. Dn. Elmenhorst Dramatolog. c. 1. §. 4. p. 15. alias enim
 & leges Digestorum omnes, earumque quae in codice continentur
 maxima pars, rejiciendae forent, ut pote ab Ethnicis profectae, idem-
 que iudicium foret Juris Canonici, quod Pontificem autorem agnos-
 cit, quod tamen, quatenus conscientiae nostris non adversatur, aut
 scrupulum quandam injicit, inter nos, nemine contradicente, certis in
 causis hodie observatur. Vid. Instr. Pac. Osnabr. art. 5. §. 16. in fin.
 65Tertia ratio obscenos tantummodò ludos concernit, quos & ego pro-
 hiberi publicè interesse statuo cum Peretz d. l. n. 14. adeoque genera-
 lis non est, nec ad ludos scenicos in se consideratos, sed ad abusum
 66eorundem pertinet. Quarta refellitur ex eis, quae habet Exc. Dn.
 Mayer citat. Resp. ubi dicit, dieses argument, weil man GOTT nicht in
 Bildern dürffe fürstellen / also auch nicht in dramatis, schliesset ganz
 nicht!

nichts. Denn wo hat Gott jemahls verboten / daß man seine Erscheinungen in Bildern sich nicht darlegen dürffe / massen er selbst unter Bildern eines schönen Jünglings / einer Taube &c. sich geoffenbaret / und wie kan ohne Bild das Gemüthe eines Menschen sich seinen Gott fürhalten? Gott verbietet zwar Bilder vor sich ad cultum, aber nicht ad vultum. Add. Alb. Gentil. d. tr. c. 2. p. 12. Walther. *Posill. Jurid. ad Domin. Latare* §. 112. Neque statim ex eo, quando quis alterius personam repräsentat, si 67 id decipiendi tertii gratiā non faciat, vitium aliquod oritur, cum & ipse Saluator noster, uti ex sacris notum est, sub hortulani persona Mariæ apparuerit, Conf. Dn. Petr. Müller. *diss. d. fictionibus tam hominis quam juris*. In quinta ratione probandum adhuc erit per consilium im- 68 piorum actores ludorum scenicorum intelligi, quos & in universones pro impiis habere, charitas Christiana non permittit, nec respiciendum hic erit ad hujus vel illius vitam qualem vivat, sed qualis esse debeat.

Tandem ut quoque deveniam ad argumenta ex recentioribus Docto- 69 ribus allata, responderi poterit ad primum, malè illud allegari, sed Apostolum, allegato in loco, Ephesios suos tantum admonere, ut caveant, ne de ipsis verè dici possit, quod ejusmodi vitiis sint maculati, quæ sanctos dedecent, non vero simpliciter eadem inter ipsos nominari prohibere, prout optimè illud vertit B. Lutherus: Hurerey aber und alle Unreinigkeit oder Geiß lasset nicht von euch gesagt werden / wie den Heiligen zusehet. Ad secundum, allegatum dictum non velle, qua- 70 si alterius vitia absolute repräsentare non liceret, nec enim video, cur id improbandum, si eum in finem id fiat, ut alii eorum turpitudinem magis agnoscant & ab iisdem avocentur, sed id tantum innuere, nos adeo probitati stādere debere, ut ne vel ullam occasionem malè de nobis sentiendi proximo subministremus. Nec firmam esse consequen- 71 tiam, quod per conceptionem internam & expressionem externam viti- orum, actores ad perpetranda ea adducantur: quæ enim exindè non sequerentur absurda, dum idem Concionatoribus, ac Oratoribus Ci- 72 villibus, vitia hominum experimentibus, opponi possent. Ad tertium, 73 sicut historice narrare dejectiones nihil vitii continet, ita nec pro vitio reputandum esse, si comice recenseantur; quamvis fatear tutius ac consultius esse, ut ab ejusmodi dejectionibus ac execrationibus in ludis illis scenicis, cum ad essentiam illorum nequicquam faciant, abstineamus. Voluptatem, quæ ex ludis illis scenicis capitur, non ip- 74 so mox nomine infamem esse, sed fieri pro diversitate ludorum aut honestam aut arguendam. Alb. Gentil. d. tr. c. 20. p. 93. Quemadmo- 75

dum ergo illa, quæ ex inhonestis ludis, qui tamen è Rep. tolli debent, capitur, meritò damnatur, ita quæ ex honestis ludis percipitur, 74 omni vitio caret. Ad quartum, illud non esse generale, ac ludos concernere, non in se consideratos, sed obscenos tantum & turpes, ac proinde ab usum ludorum respicere. Ad quintum, posse ludos esse sine muliebrium personarum interventu, uti testantur Plauti Captivi, Aristophanis Equites, Euripidis Cyclops, Sophoclis Philoctetes &c. factumque hinc fortean olim in honestiori illa antiquitate, ut si materix conditio id non aliter ferret, partes mulierum agerent 76 viri personati, non ipsæ mulieres. Alb. Gentil. d. tr. c. 3. p. 13. Locum ex 1. Timoth. 2. v. 12. nihil facere ad rem, nec ullam esse consequentiam, Mulierem non debere docere in Ecclesia, ergo etiam filere in theatris, & distingui posse, inter fœminas, quæ impudico gestu atque nudato corpore incedunt, lascivisque verbis & gestibus utuntur, & eas, quæ sibi ab his temperant, ita ut illæ quidem removeri à theatris, hæc 77 verò retineri commodè possint. Ad sextum denique illud non impugnare ludos scenicos, sed nimiam eorum frequentiam, quæ vitio quoque non caret, Alb. Gentil. c. 19. p. 93. inde tamen non illicò sequi, eos abrogandos penitus esse. Conf. prolixè Schmid. diff. d. moralit. ludor. scenicor. c. 2. per tot. Add. itidem Responsa antea citata Academ. Wittebergensis & Rostochiensis

78 Dubium saltem adhuc remanet circa Musicam, qua in operis nostris hodiernis utuntur. Quamvis enim Musica suâ aliàs laude dignissima sit, Alb. Gentil. d. tr. c. 20. p. 102. Dn. Mylius de Music. Ecclesiast. c. 1. §. 10. Ger. Joh. Vossius d. quatuor artib. popular. c. 4. §. 11. seqq. 79 notum tamen est, jam tum olim in Romanis fractos fonos & dulcedinem vocum notasse Tacitum, uti videre licet apud Gentil. d. l. c. 30 18. p. 85. & Philonem quoque improbasse *μυσικὴν κεκλωμένην*, hoc est, eam quæ voces quasi dividit, sicut, quemadmodum Minutius Felix loquitur, in infantibus adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus contingere solet, quorum loquela ipso offensantis linguæ fragmine dulcior sit, refert Elmenhorst d. tr. c. 4. §. 2. p. 116. 81 Verùm quòd Tacitum attinet, nequitiam ille de omni Musica indistinctè intelligendus venit, sed de tali ejusdem specie, quæ animum emollire solet, de quâ Musicæ diversitate agit Vossius d. c. 4. §. 2. seqq. quam Romana gravitas non admittebat, & quam Musicæ hodiernæ comparari posse admodum dubito; Philonem quoque de eadem intelligit Elmenhorst d. l. p. 117. ubi cavendum esse simul monet, ne ejusmodi Musica à theatro in Ecclesiam inducatur, cum non eadem ubique

que licita sint & decora. Conf. Brunnem. d. Jur. Ecclesiast. l. 1. c. 6. membr. 8.
 Tangenda quoque, antequam ulterius progrediar, quam non-⁸³
 nulli de historiis Biblicis, an illæ in Operis si. e ludis scenicis exhiberi
 possint, movent, erit quæstio, quam jam tum motam deprehendi-
 a Dn. Becmanno *Lin. Doctr. Moral. c. 15. §. 8. p. 242. Ames. de Conscient.*
l. 5. c. 39. §. 39. qui existimant illud intolerabile prorsus esse, majesta-⁸⁴
 temque verbi divini, quod cum timore ac tremore debet audiri & ce-
 gitari, indigno modo imminui, lædi, ac contumelia affici, si in rem lu-
 dicram convertatur. Verum enim verò probandum esset, majesta-⁸⁵
 tem verbi divini ita contumelia quadam affici, illudque in rem ludi-
 cram verti, tantumque abest, ut hoc credam, ut potius longè majorem
 usum ex repræsentatione historiarum sacrarum in Audit-res ac spe-
 ctatores redundare existimem, quàm ex historiis profanis, cum ad pie-
 tatem excitandam ac fovendam multum facere possint. Avenar. *illustr.*
quæst. Nomic. polit. 141. Walther Postill. Jurid. ad Domin. Letare §. 112.
 Et pertinent omnino huc ea, quæ habet Exc. Dn. D. Mayer alleg. *supr.*⁸⁶
Resp. Dasß geistliche Dinge in Comædien sünfz stellen in Christlicher Frey-
heit / solches bewaiset (1.) weil die Heil. Majestät Gottes sich selbst die
Tragedien Art gefallen lassen / und ganz nach der Tragedien Gewohnheit
die heil. Offenbarung Johannis eingerichtet / welches der eifrige und
grundgelehrte Theologus Herr D. Danhauer in Antichristo sect. 1. art. 9.
*p. 297. sq. weitläufftig behauptet. Was ist das hohe Lied Salomonis?*⁸⁷
ist es nicht einem heiligen Sing-Spiele gleich? die Bücher Tobia und Ju-
bith werden von dem sel. Luhero und unsern Lehrern für Comædien ge-
halten / in welchen der Zustand eines wolbestallten Hauses und bedräng-
ten Kirchen denen alten Juden vorgestellt worden / ohne Tadel und Wie-
*dersprach Gottes des Heil. Geistes. (2.) Haben dieser Freyheit Comæ-*⁸⁸
dien zu schreiben / und durch Comædien geistliche Dinge zu præsentiren sich
gebraucher sùrtreffliche / gottselige und ungescholtene Lehrer der Kirchen
Gottes. Aus denen heil. Kirch-Vätern Gregorius Nanziazenus, so Tra-
gicomædiam, Christus patiens genennet / versfertiget. Add. quoque
Resp. Rostoch. Aus denen neueren und von der ganzen Kirchen hochge-
haltenen Lehrern D. Hunnius, D. Mylius, Conradus Porta, D. Crame-
*rus, D. Danhauer, D. Forster &c. (3) Beweisset es Praxis Ecclesiæ*⁸⁹
maßen auf reinen Evangelischen Universitäten und Gymnasiis nicht al-
lein solche theatralische Exercitia willig verstattet werden / indem zu Straß-
burg gar Rector Magnificus und quatuor Facultatum Decani das Di-
rectorium über sich nehmen / sondern auf gewissen Gymnasiis werden
per leges die Professores und Stutirende dahin verbunden dergleichen dra-
mata zu præsentiren, &c.

C 3

Cum

- 90 Cum itaque hæc eò modò se habeant, omni caret controversia, posse Magistratum ejusmodi Operas ac ludos scenicos non tantum in Republica permitttere, sed & rebus ita exigentibus instituire, quippe cui in rebus suà naturà non prohibitis libera disponendi competit potestas. Ziegler *d. Jur. Maj. l. 1. c. 5. p. 164.* Dn. Müller *Jurispr. Element. diff. 4. §. 16.* Quod utut per se aliàs satis clarum sit, corroboratur tamen in specie quoad Operas, per superius allegatum Responsum Dn. Jctorum Wittebergenisim, quando dicunt: Dieweil der Obrigkeit un-
 91 ter andern/ so viel die Mitteldinge betrifft / sich dahin zu bearbeiten obliegt/ damit durch dieselbe das Aufnehmen gemeiner Stadt befördert und heilsame Ordnungen gestiftet werden / hieneigt guter Verfassung eines Regiments nicht zu wieder / wenn je zuweilen denen Unterthanen eine zulässige Gemüths-Vergnügung gegönnet wird / des Ansehens und Vortheils / so aus dergleichen Schau-Spielen einem Orte zu wachsen kan / zu geschwe-
 92 gen; So ist die Obrigkeit darinnen/ gleichwie in andern adiaphoris, nach Gutbefinden / und was ihnen verantwortlich düncket / zu verfügen wolbe- fugt; Cum quo etiam Dn. Rostochiensis in allegato antea Respon-
 93 soper omnia consentiunt.
- 63 Unde quoque semper ita observatum legimus, quod, sicuti in gene-
 94 nere omnium, ita in specie etiam ludorum scenicorum cura penes Mag-
 95 gistratum fuerit; id quod nec apud Christianos, postquam rebus Imper-
 96 rii præesse cœperunt, ullam recepit mutationem. De Ethnicis id extra
 97 controversiam positum est: Constat enim apud Romanos, primum
 98 Reges ad exemplum Romuli, postea consules, deinde Aediles & qui-
 99 dem Plebejos plebejos, Curules vero alios curasse ludos. Rosin. *Anti-
 100 quit Roman. l. 5. §. 3.* Sed & Prætor. edebat ludos. *l. 5. §. 10. ff. Commod. un-
 101 de sæpius ludorum gratia, aut in theatrum prodire dicitur, l. 7. ff. de
 102 manumiss. Vindict. l. 1. C. Theod. d. Prætor. §. 2. J. d. Libertin. pertinerebatque
 103 Romæ ad ipsum disciplina spectaculorum & quies popularium, l. 1. §.
 104 12. ff. d. Offic. Præf. Urb. ubi an per vocabulum popularium cum Pacio in
 105 Analys. Cod. ad tit. d. Off. Præf. Urb. Jac. Gothofr. ad L. 7. C. Theod. d. an-
 106 non. Civ. Lips. d. amphitheatr. c. 14. p. 38. Petr. Fabr. l. 2. Semestr. c. 6.
 107 confessum theatralem populi, postquam nimirum ab Equitibus separ-
 108 ratus erat, an cum Strauch. d. centum lapidibus Urbicariis ad d. L. 1. §. 12.
 109 Dionys. Gothofr. ad d. §. 12. §. ad L. 2. §. 4. C. d. Præf. Urb. Cujac. l. 8.
 110 Observ. c. 29. factiones Circenses, quarum quatuor, vestium coloribus
 111 distinctas, Prasinam, Venetam, Russatam & Albatam fuisse ex Pan-
 112 vin. d. Lud. Circens. l. 1. c. 10. Dempster. ad Rosin. *Antiquit. Rom. l. 5. c. 5.*
 113 constat, quarumque studia ad seditiones & turbas usque haud raro
 114 pro-*

procelebant, intelligere velis, mihi quidem perinde esse poterit. Que-98
 n admodum autem Romæ Prætores, ita in Provinciis Præfides ludos di-
 rigebant ac instituebant, quemadmodum patet ex l. 28. §. 3. ff. d. pœn.
 Strauch. d. l. n. 4. Imò cum Romani, sicut cap. 1. dictum, partem cultus99
 divini in ludis constituerent, Pontificum quoque & Sacerdotum jus
 erat curare ludos, iisque præfidere Alb. Gentil. d. tr. c. 2. p. 10. Petr.
 Fab. Semestr. l. 3. c. 1. p. 18. Et tandem Imperiò ad Imperatores transla-100
 tò, cum illi simul Pontificis Maximi nomine uterentur, eorum volun-
 tate, ac sub eorum directione ludos exhibitos fuisse, ex historiis no-
 tum est, Vid. Dn. Elmenhorst Dramatol. c. 1. §. 2. p. 5. Quà ratione quo-101
 que & certæ, tum de ludis ipsis, tum occasione ludorum, latae sunt le-
 ges, veluti Lex Licinia de ludis Apollinaribus, à P. Licinio Varo lata,
 quâ dictis ludis Apollinaribus, qui eo usque incerta die celebrati
 erant, certa dies statuebatur. Liv. Histor. libr. 7. Lex Roscia theatralis,102
 ita dicta ab autore suo P. Roscio Othone, Tribuno plebis, qua Equi-
 tes à plebe separabantur, Equitibusque illis, qui quadringenta millia
 in bonis habebant, quatuordecim gradus spectandi gratia assignaban-
 tur, reliquis si e suo, sive fortunæ, vitio depauperatis remotiori loco
 considere jussis. Plin. l. 7. c. 20. Faber Semestr. l. 2. c. 6. p. 76. Lex Julia thea-103
 tralis, ab Augusto Cesare lata, per quam Equitibus Romanis, quibus
 ipsis aut parentibus equester census (quadringentorum millium) un-
 quam fuisset, in quatuordecim ordinibus modo dictâ lege Rosciâ con-
 stitutus, considere permittebatur, Plin. l. 33. c. 2. Sveton. in Augusto Conf.
 Faber. d. c. 6. Hotomannus in Indic. LL. Romanar. & quæ id genus alix
 LL. fuerunt.

Quod autem Christianos concernit Imperatores, non tantum104
 constat ex historiis, Constantinum Magnum jussisse ludos scenicos
 haberi, ipsumque in medio graduum confidentem illis interfuisse;
 Goltz. in Vit. Constant. Magn. Baron. Annal. tom. 3. ad ann. 315. §. 316.105
 verum etiam ex jure nostro satis apparet, ab Imperatoribus ejusmo-
 di ludos, ad infantiam illorum, qui eorundem exhibitione populi gra-
 tiam captare volebant, fuisse permisos, l. 1. §. 5. d. spectac. §. scenic.
 L. 1. c. d. Expens. Ludor. publ. L. unC. d. Majuma certumq̄ iisdem præscrip-
 tum esse modum. Nov. 105. c. 1.

Quoniam autem ejusmodi ludorum permissio facile in abusum106
 trahi potest, ex quali abusu sæpius delictorum nascitur occasio, Bar-
 bos. locuplet. l. 1. c. 7. ax. 4. ne id eveniat, Magistratum omni studio
 præcavere decet; eumque in finem Peretz ad tit. C. d. spectac. §. scen. n.107
 15. laudat Regem Hispaniæ, quod edicto suo vetuerit, comædias
 tra-

- tragœdiasve ullas exhiberi, vel mutas etiam repræsentationes, aut cantilenas, sine prævia Censorum visitatione & admissione, qui non tantum in verba, sed & in modos & gestus actorum inquirerent. Expedit enim omninò eas, quæ ex rebus turpibus ac inhonestis constant, comœdias aut Operas penitus extirpari, siquidem ita civibus permittendam esse jubent lætitiâ Imperatores in *L. un C. d. Majuma*, ut servetur honestas, & verecundia castis moribus perseveret. Add. Peretz. *d. l. n. 14. Eadem erit ratio Operarum scandalosarum; Brunnem; d. Jur. Eccles. l. 1. c. 6. memb. 10. §. 2. Peretz. ad tit. C. d. Majuma. n. 5. nihil enim faciendum cum scandalo c. 5. X. d. tempor. Ordinat. c. 6. X. d. Stat. Monach. unde scandalum sæpè aliquid omiffibile facit, quod de Jure alias facere ne in loco sacro aut templo habeantur; hæc enim domus precationis, non ludorum, ita ut profanari non debeat c. cum decorem 12. X. d. Vit. &*
- 111 *honest. Cleric. Tholosan. Partit. Jur. Canon. l. 4. tit. 8. c. 6. tum temporis, ne exhibeantur die sacro, hos etenim dies festos, Majestati altissimæ dedicatos, nullis voluptatibus occupari oportet, nilque hisce diebus sibi vindicare debet scena theatralis, uti piè admodum sanxerunt Imppp.*
- 112 *L. 11. C. d. feriis l. 2. C. d. spectac. Equidem existimat Carpzovius, cum die Sabbathi, sacris peractis, corpori sua permittatur recreatio, & ludos hosce scenicos, cultu divinò publicò finitò, admitti posse. Jurisprud.*
- 113 *Consistor. l. 2. de f. 253. Verùm cum totus dies sanctificandus sit, ac per hujusmodi ludos animus à meditationibus sacris non possit non abstrahi, rectè hanc Carpzovii sententiam rejiciendam monet religiosus Jctus Dn. Brunnemann. d. tr. lib. 2. c. 1. memb. 1. n. 10. add. Dn. Struv. in Comment. ad. libr. 5. Decretal. c. 33. obs. 14. qu. 4.*
- 114 Eodem modo præcaendum erit, ne nimis frequenter ludi illis instituantur; Alb. Gentil. *d. tr. c. 19 p 93 sq.* Omne enim nimium, quemadmodum vulgatum habet proverbium, trahitur in vitium *l. 12. §. 2. ff. d. admin tutor. Barbos. locuplet. l. 5. c. 24. ax. 2. quod si unquam alibi certè in ludis, obtinebit, quibus, juxta effatum Ciceronis non aliter*
- 115 *sutendum, quàm somno & quiete. Nec admittendum, ut nimii sumptus in hujusmodi ludos fiant, quod Lacedæmonius ille apud Plutarchum in Atheniensibus reprehendebat, qui cum Athenis spectaret tragœdias & apparatus choragorum, studia ac conatus reliquos, dicebat, Civitatem non sapere, quæ tantum impenderet in res ludicras, ludo*
- 116 *dendò enim ludendum esse, quod refert Alb. Gentil. d. p. 93. Notandique etiam hinc meritò veniunt Romani, qui tantos in ludos faciebant sumptus, de quibus Lipsius Admirand. l. 2. c. 11. ut publicis legibus*

bus illis modum præscribere opus fuerit. *l. 2. C. Theod. de expens. ludor. publ. Novell. 105. pr. Peretz. ad tit. Cod. d. Expens. ludor. publ. n. 1. ubi simul notat Senatusconsulto sub Imperatore Tiberio cautum esse, ne quis ludos ederet, qui minus quam quingenta millia in censu haberet.*

Cæterum quod si aliquis liberrimam voluntate, non coactus *l. 10. 117. pr. ff. ad L. Jul. d. vi. publ. certam pecuniæ summam ad ludos scenicos, vel Operas hodiernas promittere aut legare velit, non prohibebitur, ac ejusmodi promissio aut legatum de jure subsistit. l. 19. ff. d. pollici- 118 tat. L. 122. pr. ff. de legat. 1. L. 6. ff. d. annuis legat. eaque pecunia quoque necessario ad illum usum impendenda, quo casu enim editio spectaculi licita est, formam pollicitationi aut promissioni datam servandam esse scribit Iustus Modestinus d. l. 10. ff. de pollicit. Hinc regulari- 119 ter non licebit Magistratui eam pecuniam ad alios usus adhibere; quamvis enim hoc innuere videatur *L. 4. in fin. ff. d. administ. rer. ad civitat. pertinent. Intelligenda tamen illa est tantum de ludis inhonestis, quos à Magistratu prohibendos esse, superius dixi; Gothofred. ad l. 6. ff. d. ann. legat. lit. O. Brunnem. ad d. l. 4. n. 1. quod etiam satis manifestum redditur ex *L. 16. ff. d. usu & usufr. legat. quamvis & tali in casu, ubi ali- 120 quis ad inhonestam quandam Operam exhibendam pecuniam legaverit, illa in alios usus impendi nequeat, si testator illud prohibuerit, sed legatum manet penes heredes. l. 17. ff. de usu & usuf. leg. Quod si tamen 121 Resp. in necessitatem quandam inciderit, ac pecunia ad usum quandam necessariū e.g. refectionē murorum, templorum, pontium &c. indigeat, pecuniam etiam ad licitorum ludorum exhibitionem legatam, in usus ejusmodi necessarios impendi posse Diocletianus & Maximianus rescripserunt in *L. un. C. d. expens. ludor. publ. Primò enim necessitati pub- 122 licæ providendum, postea licita recreationi, & prius sunt expensæ necessariæ, quas, salus publica, quæ suprema lex dicitur, exigit, faciendæ, quàm voluptuariæ Brunnem. ad. d. L. un. n. 3. ita tamen, ut necessitate 123 illa cessante, refectione nimirum factâ, civitateque suo splendori restituta, ludi ac spectacula voluptatibus populi rursus exhibeantur, ac pecunia ad destinatum usum adhibeatur d. l. un. ibique Peretz. num. 4. Idem volunt, si pecunia ad representationem Operæ cujusdam non 124 prohibita non sufficiat l. 4. ff. d. administ. rer. ad Civitat. pertinent. Peretz. d. l. n. 6. dubito tamen merito de hoc asserto, ut ut enim non 125 sufficiat illa pecunia, poterunt tamen illi, qui Operas exhibent, hunc defectum aliunde supplere, quo casu ejusmodi legatum subsistit. Brunnem. ad. d. l. 4. n. 3.****

D

CAP.

CAP. III.

De eo, quod iustum est, circa Actores Ludorum Scenicorum,
Operarumque modernarum.

Summaria.

A N aliquis licitè Ludos scenicos repræsentare possit?	n. 2. sq.	Quid si non prodierint in scenam?	n. 43. sq.
An actores ludorum scenicorum sint infames?	n. 4. sq.	Quid si absque pretio in scenam prodierint?	n. 51. sq.
Affirm. de Jure Romano.	n. 5.	(4.) quod servis miscerentur.	n. 60. sq.
Et quidem de infamia Juris.	n. 6. sq.	Hæ rationes nostris scenicis non conveniunt.	n. 62.
Militibus repræsentatio ludorum de Jure Civili erat capitalis.	n. 9. sq.	Non faciunt hodie artem ludicram.	n. 63. sq.
Eadem infamia obtrinet de Jure Canonico.	n. 11.	Nec integram vitam in ludis consumunt.	n. 65.
Ibique actores scenici non admittuntur ad ordines sacros.	n. 12.	Cessant hodie turpia facta & dicta.	n. 66.
An hæc adhuc hodie obtineant?	num. 13. seq.	Non sunt quæstuarii. uti Romani.	n. 69.
Respicendum ratione infamiæ ad mores hodiernos.	n. 15.	Licitè aliqui accipiunt in compensationem sumptuum & laboris.	n. 72. sq.
Et an ratio LL. Romanarum nostris scenicis applicari possit.	n. 16. sq.	Sunt omnes liberi homines.	n. 74.
Infamia præsupponit turpitudinem.	n. 21.	Hinc sequitur scenicos hodiernos & Operarios non esse infames.	n. 75. sq.
Ejus turpitudinis diversitas.	n. 22. sq.	Respondetur ad ea, quæ ex Jure Canonico allata erant.	n. 79. sq.
Naturalis turpido hic non adest.	n. 24.	Refellitur dubium ex Jure Saxónico desumptum.	n. 28. sq.
Apud alias Gentes scenici non fuerunt infames.	n. 25.	Scenici hodierni non laborant infamia facti.	n. 84. sq.
Non oritur hæc turpido ex ipsa repræsentatione.	n. 26.	Nec levis notæ macula.	n. 86. sq.
ab initio scenici apud Romanos non fuerunt infames.	n. 27. sq.	Repræsentatio ludorum scenicorum non colit nobilitatem.	n. 89. sq.
Nec postea Atellanarii.	n. 29.	Non præcludit viam ad dignitates.	n. 91.
Nec thymelici.	n. 30.	Non minuit fidem testimonii.	n. 92.
Nec minorenes.	n. 31.	Femine scenicæ possunt liberè matrimonium contrahere cum quocunque.	n. 93.
Prætor infamiam in scenicos statuit (1) quod facerent artem ludicram.	n. 34.	Pater filium scenicum non potest exheredare.	n. 94.
Quid sit facere artem ludicram?	n. 35. sq.	Non datur fratri querela inofficiosi testamenti, si scenicus institutus heres.	n. 95.
Inde dilabebantur ad varia vitia.	n. 37. sq.	Scenici dimittendi sunt ad sacram cenam.	n. 96.
(2.) quod multa obscœna & facerent & dicerent.	n. 40. sq.	Idem procedit in illis, qui scenici non sunt, circa ludos scenicos tamen occupantur.	n. 97. sq.
an omnis recitatio in theatro infamet?	n. 43. sq.	Aur aliquando etiam in scena comparent.	n. 99. sq.
(3.) quod quæstus causa hæc facerent.	n. 45. sq.		AD

An liceat alicui se castrare, ut excellat in arte musica?	n. 102. sq.	Vestium scenicorum an detur veras, an quasi usufructus?	n. 118. sq.
An scenici possint uti vestibus muliebribus & contra?	n. 106. sq.	An usufructuarius vestes scenicas alibi locare possit?	n. 126. sq.
An habitu religiosorum?	n. 114. sq.	Qualem culpam præsent scenici in vestibus commodaris?	n. 129. sq.
An possint uti larvis?	n. 117.		

ATque hæc de Operis, ludisque scenicis ipsis, dicta sufficiant, & ut ad id, quod circa actores eorundem justum est, porro progrediar, methodi propositæ ratio jubet. Ubi quidem quæstionem illam, an aliquis salvâ conscientia Operas, ludosque scenicos, repræsentare possit, datâ operâ prætermitto, quippe cujus affirmativa, ex illis, quæ præcedenti capite adducta sunt, satis apertè, ut opinor, elucet: quod si enim Operæ, ludique scenici in se nihil illiciti continent, quomodo actores per repræsentationem eorundem peccare possint, certè non video. Potius ad illud, quod & imprimis tractationis hujus est, me accingo, utrum Operarum nostrarum, ludorumque scenicorum actores macula quadam, sive illa infamia facti fuerit, sive juris, laborent, aut, ut unò verbo dicam, an pro infamibus habendi sint? Equidem non desunt, qui actores hosce, ac, uti vocantur, Operistas, hoc ipsò, quod Operas aut ludos scenicos repræsentent, infamiam juris contraxisse dicunt, moti *L. 1. L. 2. §. 5. L. 3. ff. de his, qui not. infam. quæ verba satis apertè de infamia juris agunt, nequaquam obstantibus. l. 4. C. de spectac. §. scenic. l. 7. C. d. incest. §. inutil. nupt. l. 2. C. d. natur. liber. junct. l. 44. §. l. 47. ff. de Rit. nupt. l. 24. pr. ff. ad L. Jul. d. adulter. ubi scenici viles tantum, humiles & inhonestæ personæ dicuntur, quas infamibus contradistingui Ddres aliàs dicunt; Vid. Freher. d. fam. §. infam. c. 24. Hillig. in Donell. l. 18. c. 6. lit. I. recipiunt enim hæc leges interpretationem ex Edicto Prætoris, iisque Jētis, qui ad Edictum illud commentati sunt, cum una lex ex alia interpretanda sit, §. 15. J. d. Leg. Aquil. l. 23. ff. d. hered. petit. & aliàs quoque hæc verba de illis, qui infamia, vel Juris, vel facti, laborant, imò haud rarò de omnibus in universum plebejis, oppositivè ad personas egregias & illustres passim in Jure nostro, & ab ejus interpretibus prædicantur Vid. Fromman. d. levis notæ macul. lib. 4. Gometz variar. Resolut. tom. 1. c. 11. n. 38. Quin-9 imò ulterius adhuc Jus Civile progreditur, & præter effectus illos, quos infamia Juris producit, de quibus Ddres latè ad tit. ff. §. Cod. de his qui not. infam. agunt, pro ratione personarum ludos agentium, gravius quid statuit, ac si miles fuerit, pœnam capitalem ei dicitat; quam*

- 10 in rem expressus textus est in *L. 14. ff. d. pœn.* quod tamen an de pœna capituli naturalis accipiendum sit admodum dubitatur, cum pœna capitalis in Jure Civili non tantum ea, quæ caput naturale, sed & ea, quæ caput civile admittit, dicatur. *L. 2. ff. d. publ. Judic. l. 2. § l. 28. ff. d. pœn. & ad eas Ddres, l. 103. ff. d. Verb. Signif. ibique Gœddeus n. 3. Farinac. Pract. Crim. qu. 19. n. 2. seqq.* Consentit, quoad infamiam, Jus Canonicum, infames pronuncians eos, qui in scenam prodeunt *c. 1. C. 4. qu. 1.* unde clericos, scenicos ludos repræsentantes, dignitate clericatus, tanquam
- 11 infames, privandos esse dicit, *c. 1. d. vit. § honest. cleric. in 6to & si*, postquam vitam scenicam quis elegerit, ad ordines sacros adspiret, eum ordinari prohibet. *c. 2. Dist. 33.* Confer. Tholosan. *Partit. Jur. Canon. l. 4. tit. 8. c. 6.*
- 12 Utrum autem hæc, quæ ita de Jure Communi de actoribus ludorum scenicorum disposita sunt, Operistis nostris aliisque scenicis applicari possint, de eo sanè non frust a dubitaveris: Habent enim leges nostræ suum ævum ac fatum, ita, ut, quod quandoque inhonestum visum est, deinde honestè fieri posse putetur, Vid. *Auth. Sed novo C. ad L. Jul. d. adul. 5ter. Cujac. l. 6. Obs. 15. Carpz. p. 4. c. 19. des. 10. n. 3.* & imprimis, quando de infamia quaritur, ad hodiernos cujusque loci mores respiciendum erit, cum infamia sit famæ & existimationis nostræ imminutio. *l. 8. C. Ex quib. Caus. infam. irrog. l. 33. C. d. Decurion.* existimatio erò, secundùm Callistratum, sit dignitatis illæ sæ status, legibus ac moribus comprobatus, *l. 5. §. 1. ff. d. Extraordin. Cognit. Dn. Stryk Ufu. modern. ff. ad tit. de*
- 13 *his qui not. infam. §. 1.* Equidem postquam jura Communia in Imperio nostro recepta sunt, pro observantiâ eundem, omniumque in iis contentarum legum, non immeritò præsumimus, Dn. Stryk *d. l. dissert. prælim. d. Ufu. §. autor. Jur. Rom. in For. German. §. 31.* quod enim mutatum non reperitur, quare stare prohibeatur? *l. 27. C. d. testam. l. 32. §. 1. C. d.*
- 14 *appell. verum eapropter ratio, quæ anima legis esse, l. 7. ff. d. bon. damnat. l. 6. §. 2. ff. de Jur. Patron. & legem commendare dicitur, c. consuetudo §. dist. 1.* non negligenda erit, sed omninò respiciendum, cur hoc vel illud ita introductum sit, & an nostris temporibus applicari possit; Scire enim leges, non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem, uti mo-
- 15 *net Celsus J Ctus in l. 17. ff. d. LL. nec oportere Jus Civile calumniari, neque verba ejus captare, sed, qua mente quid dicatur, animadvertere convenire, dicit Paulus in l. 19. ff. ad exhibend. Conf. l. 29. §. 30. ff. de LL.*
- 16 *Inde notissimæ illæ Juris Regulæ, cessante ratione legis, cessare quoque ejus dispositionem, l. 32. ff. d. pact. L. fin. ff. ad S&E. Syllan. Strauch ad Uni-*
- 17 *vers. Jus Justinian. diff. 1. §. 15. Steph. de Phederic. de interpret. LL. p. 17 membr. 3.*

membr. 3. n. 37. & ratione legis remotâ, ipsam quoque legem correctam intelligi. l. 6. in fin. ff. d. Verb. Signif. Carpz. p. 2. c. 8. def. 16. n. 8. Barbos. locuplet. l. 10. c. 10. ax. 17.

Quod proinde rem ipsam atinet, omnis infamia turpe aliquod factum præsupponit, ita, ut nulla reperiatur causa, unde infamia irrogetur, quæ non sit æreiffimè connexa & conjuncta cum vitæ turpitudine Dn. Müller addit. ad Struv. Synt. Jur. Civil. Ex. 7. §. 15. lit. d. Lauterbach in Colleg. ff. ad tit. de his qui not. infam. §. 4. Hæc turpitudine verò alia naturâ talis est, alia civiliter & quasi more civitatis, censente ita Ulpiano in L. 42. ff. de Verb. Signif. & ibi Gœdd. n. 5. sqq. quæ in eo ab invicem differunt, quod illa ubique talis sit, & perpetuo maneat, hæc verò, ubi legibus ac moribus posterioribus ita visum fuerit, nonnunquam talis esse desinat. arg. §. 11. J. d. Jur. Natur. Gent. & Civil. Deinde alia turpitudine immediatè ex ipsa re, aut vitæ conditione fluit, ita, ut, qui hoc vel illud negotium tractet, non possit non eò ipsò simul infamiam contrahere, alia verò extrinsecus tantum accedit, & à vitiis personarum agentium descendit, quæ eapropter personis, se illis vitiis non maculantibus, communis esse non potest. Quænam jam ex his ludorum scenicorum actoribus in sit turpitudine, meò quidem judicio non adeò obscurum est. Naturalis certè esse non potest; quippe, cum ludi scenici nihil turpe in se contineant, prout superiori capite fufius probatum, quomodo representatio eorundem naturaliter turpis dici, & actoribus eapropter naturâ infamia instigi poterit, cum talis effectus aliàs esse dicatur, qualis est causa. Barbos. locuplet. l. 3. c. 10. ax. 6. Et inde est, quod apud alias Gentes, præter Romanos, nemini turpitudini habitum fuerit in scenam prodire, ac populo esse spectaculo, prout de Grajis & Lacedæmoniis testatur Cornel. Nepos de vit. Viror. illustr. in proem. Petr. Faber. Semestr. l. 1. c. 20. Gœddæus ad L. 42. ff. de Verb. Signif. n. 11. Oportet itaque civilem tantum esse illam turpitudinem, quæ infamiam hanc causatur, quamvis nec istam ex ipsa ludorum scenicorum representatione, sed extrinsecus accedere, & ex vitiis scenicorum tantum oriri verius credam. Nec enim ab initio apud Romanos scenicos notatos fuisse constat ex Livio histor. libr. 7. cum scilicet ludicra hæc res nondum ad artem, & à sano illo more prisco, in infamiam non tolerabilem devenisset, prout loquitur Alber. Gentil. d. actor. & spectator. fabul. non notand. c. 15. p. 67. notatque Scaliger libr. 1. Poët. c. 30. integros ducentos annos præterlapsos esse ab eo tempore, quo introducti erant hi ludi, cum primus Nafica Censor ludiones, uti eos vocat, propter ipsum hunc sordidioris operæ contemptum, amoverit tribu. Conf. Alber. ad l. 2. ff. de his qui not. infam.

- 29 *infam.* Quinimo & post edictum Pratoris, in quo de infamia scenico-
rum agitur, fuere a l' huc, qui absque ignominia scenæ interessent, in
eamque prodirent, uti de actoribus Attellanarum, de quibus *cap. 1 n. 24*
ex Valer. Maxim. *l. 2. c. 1. proba* Faber *d. l. 1. c. 20.* Hillig. in *Donell. l. 1. 8.*
- 30 *c. 7. lit. A.* Alb. Gentil. *d. l. p. 69.* & de thymelicis, de quibus *itidem cap. 1*
n. 49. satis constat ex *L. 4. pr. ff. de his qui not. infam.* cujus legis disposi-
tionem licet Freher *de fam. § infam. c. 18. n. 28.* restringere velit ad eos,
qui in certaminibus sacris organis suis ludunt, de omnibus tamen mu-
sicis scenicis eam intelligendam esse demonstrat Hilliger. *d. c. 7. lit. A.*
- 31 in *med.* Quorsum etiam pertinet, quod infamia tantum sequatur eos, qui
majorenes sunt, & in scenam prodeunt, nam si in minorenni ætate
adhuc constituti in ludicræ artis ostentatione spectaculum sui populo
præbuerint, inviolatam eos existimationem obtinere, rescribunt Imper-
atores Diocletianus & Maximianus in *l. 21. C. de quib. caus. infam. irrog.*
ubi vid. Brunnem.
- 32 Inquirendum eapropter erit in causas illius turpitudinis, quæ Præ-
torem moverint, ad pronuntiandos infames ludorum scenicorum acto-
res, & an eadem actoribus modernis & Operistis conveniant, appare-
bit. Elucent autem illæ, partim ex ipso Pratoris edicto, cujus verba
habentur in *l. 1. ff. d. his qui not. infam.* partim verò ex Legibus sequen-
tibus, ex Actorum Romanorum Commentariis ad Edictum Pratoris
desumptis, imprimis autem videri possunt apud Donell. *Comment. Jur.*
Civil. l. 2. c. 1. Alb. Gentil. *d. c. 15. p. 62.* Nimirum considerabat Prator
(1) scenicos illos, maximam partem exercere artem ludicram. *d. L. 1. L. 3*
- 35 *§ 4. ff. Eod. Dn. Stryk in usu modern. ff. ad d. tit. §. 7.* Fiebat autem illa ars
ludicra absque pronuntiatione & voce, & consistebat in molli ac impu-
dica saltatione, quâ fracto corporis motu, indecentique gesticatione
ita res gestæ repræsentabantur, ut loqui histriones magis, quàm agere
viderentur. Alb. Gentil. *d. tr. c. 17. p. 76.* Hillig. in *Donell. d. c. 7. lit. A.*
- 36 Brisson. *de Verb. Signif. l. 14. voce Pantomimi* ibique allegati. Quod ut eò
melius intelligatur, non pigebit huc adscribere verba Cassiodori, quæ
habet *l. 4. Var. epist. ult.* ubi scribit: Pantomimo igitur, cum primum in
scenam, plausibus invitatus, advenit, assunt consoni chori, diversis
organis eruditi, tunc ille sensim, manibus, oculis, canorum carmen ex-
ponit, & per signa composita, quasi quibusdam literis, edocet intuentis
aspectum, in illoque leguntur apices rerum, & non scribendo facit,
quod scriptura declaravit. Idem corpus Herculem designat & Vene-
rem, feminam repræsentat & marem, Regem facit & militem, senem
reddit & juvenem, ut in uno credas esse multos, tam variâ imitatione dis-
cretos,

cretos. Add. Dn. Elmenhorst *Dramatolog* c. 2. §. 2. p. 26. Hanc ludicram artem faciebant scenici, uti ex dictis legibus constat, id est, quemadmodum Donell. *d. l. 2. c. 1.* exponit, eam instituebant, exercebant, ac in ea vivebant; vocabulum enim artis longiorem ac prolixiorem requirit reiterationem, ita ut non nocuerit bis aut ter rei ludicræ operam dedisse; Alb. Gentil. *d. tr. c. 17. p. 82.* ibique Alciat. *ad L. 207. ff. de Verb. Signif. Alex. vol. 6. Conf. 99. Parif. vol. 4. Conf. 60.* dabantque se, per longiorem illam hujus artis tractationem, (quam quidem Jus Canonicum anno circumscriptit, *c. 1. d. Vit & Honest. Cleric. in 6to.* Jus Civile autem non determinavit,) penitus desidia & ignavia, nec minus aliis ad eandem ignaviam aliasque malas artes publicè exemplum subministrabant, ut, eapropter per pœnam infamiæ statutam, refrærandi fuerint scenici, ne aliis in moribus nocerent, quod nocendi genus gravissimum est, & eò perniciosius, quod & publicum sit & specie blandæ voluptatis irrepit, ac illapsum abripiat incautos. Donell. *d. l. 2. c. 1.*

Quod autem (2) Prætor & eos scenicos, qui pronunciandi causâ in scenam prodirent, quamvis forsâ artem ludicram non facerent, infames pronunciaverit, ex eo provenire existimo, quod recitantes fabulas itidem non longè abessent à factis turpibus gestibusque histrionibus, uti dicit Alb. Gentil. *c. 18. p. 84.* imò plurima obscenè ac turpiter & dicerent & facerent, quæ non tantum læderent pudorem honestorum, sed & bonos audientium, ac maximè juventutis minus compositæ, animos corrumpent. Donell. *d. l. 2. c. 1.* Qui corrupti scenicorum mores cum admodum vulgares essent, attraxerunt tandem omnibus scenicis infamiam; sicut in legibus condendis aliàs usu venire solet, ut nimirum de iis ferantur, quæ ut plurimum, non quæ rarè sunt; sive, ut jus potius ad ea aptetur, quæ frequenter, quàm quæ rarè eveniunt. *l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. ff. d. LL. ibique Ddres.* Neque enim existimo ad hoc edictum Prætoris, quod de infamiâ eorum, qui pronunciandi causâ in scenam prodeunt, agit, pertinere id, quod habet Tacitus *Annal. l. 14.* probrum nempe videri debere, si quis in theatro publico, vel orationes, vel carmina recitaret, cum hoc potius ad antiquam Censoriam severitatem spectet, ubi notante Scaligero *libr. 1. Poët. c. 30.* ab instituto armigeræ & bellacis Civitatis aliena ejusmodi recitatio in Theatro judicabatur, nec censebantur cives Martii, qui famuli erant auræ gesticulatoris. Conf. Alb. Gentil. *c. 18. p. 84.*

Atque hos omnes, tam artem ludicram facientes, quàm pronunciandi causâ tantùm in scenam prodeuntes, Prætor (3) ea propter quoque pronunciabat infames, quod quæstus causa in scenam prodirent, & spe-

- 46spectaculum sui præberent, l. 2. §. 5. l. 4. pr. ff. de his qui notant. infam. & ibi
 Ddres. ob interventum etenim pecuniæ sæpius pro graviore delicto ali-
 quid habetur, quod antea tanti non æstimabatur; l. 29. ff. ad L. Jul. d. ad
- 47ulter. l. 6. §. 5. ff. d. injust. rupt. Girrit. testam. Barbos. locuplet. l. 14. c. 18.
 ax. 10. Nec mirum hoc, cum & aliàs pretium multa sæpius faciat illicita
 & viliora, quæ si gratuito fierent, & licita forent & digniora. arg. l. 2.
 l. 3. l. 4. ff. d. aleator l. 2. pr. ff. d. Jure fisci Vid. hoc argumentum latius tra-
- 48ctans Alb. Gentil. d. tr. c. 15. p. 64. seq. Restrungitur tamen hoc, ut tunc
 demum obtineat, si prodierint in scenam; quod si enim quis operas suas
 locaverit, ut prodiret artis ludicræ causâ, nec prodierit tamen, non noc-
- 49tari eum docet Cajus in l. 3. ff. d. his qui not. infam. ob rationem quod non
 sit ea res adeo turpis, ut etiam consilium puniri debeat, non obstante
 L. 1. §. 6. ff. d. postul. ubi ille, qui operas suas locavit, ut pugnaret cum
 bestiis, infamia notatur, licet non pugnaverit; diversi enim casus sunt,
 operas locare ad depugnandum cum bestiis, quod in amphitheatro fie-
- 50bat, & locare easdem artis ludicræ causâ Gloss. ad d. l. 3. nam qui in sce-
 nam artis ludicræ causa prodit, non periculo, sed tantum ludibrio cor-
 poris sui quæstum facit l. 4. C. d. Episcop. audient. id est, in theatro & sce-
 na existimationis & honoris jactura quidem fit, de vita autem nullum
 est periculum, in arena verò & amphitheatro qui dimicet, ejus vita &
 salus in discrimen veniat necesse est l. 38. ff. d. Oper. libert. ut hinc ille, qui
 vitam suam adeo parvi facit, graviolem mereatur pœnam, Conf. Brun-
- 51nem. ad d. l. 3. ff. d. his qui not. infam. Lauterbach in Coll. ff. Eod. tit. §. 12.
 Petr. Faber Semest. l. 2. c. 12. p. 185. Cæterum non latet me, multos in ea
 opinione esse, etiam eos, qui absque pretio in scenam prodeunt, notari
 infamia, tum quod Prætoris verba in edicto sint generalia, nec inter eos,
 qui quæstus causa, & qui sine quæstu in scenam prodeunt, distinguantur,
 adeoque generaliter de omnibus in universum scenicis intelligenda
 sint, ubi enim lex non distinguit, nec nostrum esse distinguere, l. 22. ff.
 d. Recept. qui arbitr. recep. l. 3. ff. d. Offic. Præsid. Barbos. locuplet. l. 10. c. 10.
- 52ax. 28. tum etiam, quod Græca quædam Epitome, quam allegat Budæus
 ad l. 4. ff. d. his qui not. infam. eos quoque, qui propter solam ambitionem,
 & non propter quæstum, prodeunt, notet. Conf. Gothofred. ad L. 2. §. 5.
- 53ff. Eod. lit. A. Quoniam tamen verba legum supra allegatarum, quæ re-
 quirunt, ut quæstus causa in scenam prodierint, satis clara sunt, ab his
 sanè temere recedendum non erit; in claris enim standum est verbis
 expressis, ac, ubi verba clara & perspicua sunt, calumniosa est, quæcumque
 alia sumitur, interpretatio. Verall. decif. p. 1. dec. 28. n. 3. Barbos. locu-
- 54plet. l. 3. c. 22. ax. 2. Nec officient ea, quæ modo in contrarium allata
 sunt

sunt; tunc enim nostram non erit distinguere, ubi nec ipsa lex, nec
 ratio legis distinguit, l. 47. ff. sol. matrimon. l. 12. l. 13. ff. de LL. Dn. Beyer
 de Prudentia supra legem c. 6. §. 16. aut illa distinctio ex alia lege desumi
 nequit, cum una lex indistincte loquens per aliam distinguatur & limi-
 tetur, l. 15. ff. qui satisdar. cogant. Auth. Offeratur C. d. Litis Contest. l. 11 ff.
 de in Jus vocand. Barbos. locuplet. d. c. 10. ax. 28. in med. Quin quod nec,
 proprie Jcti Romani distinxisse inter scenicos dici possint, cum potius
 ea, quæ Ulpianus in l. 2. §. 5. §. l. 4. pr. ff. d. his qui not. infam. de quæstuariis
 scenicis tradit, se habeant ad modum declarationis, rationem scilicet,
 ad quam Prætor respexit, tantum ad quæstuarios, non ad alios scenicos
 pertinere. Vid. Alb. Gentil. c. 15. p. 66. ea verò, quæ majoris declaratio-
 nis causâ ponuntur, non mutare dispositionem juris, tam notum est,
 quam quod notissimum. l. 81. ff. de Reg. Jur. l. 12. §. pen. ff. d. instruct. & in-
 strum. legat. Barbos. l. 4. c. 6. ax. 6. ut taceam, non minorem videri fuisse
 potestatem Jctorum Romanorum in Edicta Prætorum, ac ipsorum Præ-
 torum in leges Civiles, uti apparet ex l. 3. ff. de Conjung. cum Emantip. liber.
 l. 26. ff. d. adil. Edict. l. 10. ff. de Collat. hon. l. 5. ff. de Re Judic. Quod autem
 Græcam à Budæo allegatam Epitomen attinet, tanta ejus apud me non
 est autoritas, ut contra expressos textus ipsi aliquid tribuam, maxime
 cum & alias non ex indice alicujus scripturæ, hoc est, epitome aut ex-
 tracto, sed ex authentico sive originali aliquis condemnari debeat l. 2.
 ff. d. fid. instrument. l. 5. C. d. conveniend. fisc. debitor. Accedebat hifce (4)
 quod apud Romanos, postquam ludicra res in artem abierat, ludi sceni-
 ci à servis & personis talibus; quas vitæ vilitas dignas legum observa-
 tione non credebat, uti dicitur in l. 29. C. ad L. Jul. d. adulter. representa-
 rentur, quemadmodum patet ex l. 15. §. 1. ff. d. Usufruct. l. 7. §. 5. l. 25. §. 1.
 l. 27. ff. d. Oper. libert. l. ult. §. ult. ff. d. liberal. caus. l. 73. §. 3. ff. d. legat. 3.
 quod si ergo hifce liberi & ingenui homines intermixti rei ludicræ ope-
 ram darent, & in scenam prodirent, de existimatione sua quodammo-
 do ipsi transegisse videbantur, & non aliter, nisi infamium loco, haberi
 poterant; Vid. Faber. l. 2. Semestr. c. 12. p. 183. seqq. vitia enim socii al-
 ter quoque contrahit, aut ad minimum contrahere præsumitur socius,
 juxta illud vulgatum: Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se G.
 vidua 4. X. d. regul. & transeunt. ad relig. l. 19. C. d. Episc. & Cler. add. Bar-
 bos. locuplet. l. 17. c. 36. ax. 7.

Quod si jam ea, quæ hucusque ex jure Romano fufius deducta
 sunt, Operifis nostris, hodiernisque ludorum sceniconum actoribus
 applicare velim, nequaquam illa hifce, ob maximam, quæ inter nostros
 & Romanos scenicos intercedit, differentiam, quadrare deprehendo,
 quem-

E

- quemadmodum quoque fateri cogitur Dn. Huber. *Prælect. Jur. Rom. & Hodiern. ad tit. ff. de his qui not. infam. §. 2.* uti alias, tanquam reformatum, ludorum scenicorum non æquus existat censor. Primam e in rationem quod attinet, ludicæ ejusmodi & mimicæ artes, prout apud Historicos passim describuntur, theatris nostris incognitæ sunt, ac proinde Operistæ & scenici nostri minus commodè, & vix absque injuria
- 64 artem ludicram facere, aut exercere dici possunt; Pertinet id potius, si id hodie ulli applicandum est, ad histriones, quos ita hodie nominamus, funambulos, agyrtas, gesticulatores, circultores, præstigiatores, Gaucter *Jean-potagen*, qui per omne dementiarum genus, publicè in conspectu omnium institutum, populo se commendare intendunt. Dn.
- 65 Stryk. *tit. ff. d. his qui not. infam. §. 7.* Hilliger in *Donell. l. 18. c. 7. lit. A.* Neque est, quod exillimemus turpitudinem istam contrahi ex longiorum scenicarum tractatione, cum scenici nostri non per integram vitam, uti Romani, sed per breve admodum tempus, quemadmodum experientia docet, huic rei operam dent, ut hinc se ignaviæ & desidii rotos mancipasse dici nequeant; Conf. *Elmenhorst. Dramatolog. c. 4. §. 2. p.*
- 66 *105. seq.* ubi in specie de Operistis latè agit. Pari modò nec secundarum quæ Prætores ad promulgationem edicti moverat, ratio scenicis nostris convenit, vix enim talia turpia dicta & facta, quæ Romanis scenicis admodum vulgaria erant, de nostris prædicari possunt, nec à Magistratu, cui ludorum scenicorum & Operarum inspectionem ac censuram competere *capite 2.* dictum, facillè permittentur. Et quamvis occurrant adhuc hodie nonnulla, quæ ab honestatis regulis quodammodo deviare videri possint, illa tamen ne comparari quidem cum moribus scenicorum Romanorum posse, satis evidenter patet ex inspectione *Norvell. § 1. L. 14. §. 1. C. d. Episcop. audient. l. 33. C. Eod. l. 29. C. d. nupt. ubi adeò inhonesta ejusmodi professio judicatur, ut ne sub juramento quidem, quippe quod anam delinquendi suppeditaret, ad eam se adstringere alicui permittatur. Quin & ea, quæ turpitudinis quandam speciem habere videntur, penitus tolli possunt, quod Responsum Facult. Theol. & Jurid. in Academia Rostochiensis *cap. precedenti* allegatum innuit, ibi: Welche Umstände dennoch bey allen Schau-Spielen vergestalt unumgänglich nicht verknüpfet seyn / daß man nicht ohne dergleichen Mißbrauch einige nützliche und ehrliche Spiele vorstellen könne / an welchen keine solche Ursachen zu tadeln sich befinden. Conf. *Peretz ad tit. C. d. spectac. §. 1. nic. n. 17.* Tertia, quæ de quartu desumta erat, ratio magis quidem contra scenicos nostros & Operistas militare videbatur, cum negari nequeat, illos semper, quoties Operas aut ludos repræsentant, à Spectatoribus*

ribus certum quoddam pretium exigere; Verum non existimo Operarum
 ritas nostros & scenicos per exactionem pretii istius statim quaestua-
 rios, quales apud Romanos erant, fieri; Dicuntur enim illi proprie qua-
 stuarii, qui ex quaestu vivunt, & hoc unice intendunt, ut populum pec-
 unia emungant, quod an de nostris asseri possit, vehementer dubito,
 cum unice quaestum non intendant. Et hinc illud, quod accipiunt,
 pretium, potius in compensationem impensarum in ludorum scenico-
 rum & Operarum representationem factarum, operaque praestita, iis
 cedere verius est. Dn. Elmenhorst. *d. c. 4. §. 3. p. 122.* Unde quoque hoc
 considerantes Dni Jcti Wittebergenses in Responsio superius allega-
 to aliam hodiernorum ludorum, eorumque actorum rationem, quam
 apud Romanos, esse statuerunt, verbis: Demnach aber und dieweil es
 mit den vorhabenden Singspielen eine weit andere Gelegenheit / als mit
 denen alten Comædien hat / in Erwegung / daß allhier das vornehmste Abses-
 hen nicht auf den Gewinn / sondern auf eine zulässliche Gemüths Ergözung
 vornehmer und begüterter Personen / imgleichen auf das Aufnehmen der
 teutschen Ficht- und Singskunst gerichtet / etc. Quin imò cum ars sceni-
 ca per se vitiosa non sit, per se quoque illicitum non erit, actores mer-
 cedem aliquam laborum suorum, in compensationem sumptuum, quos
 unà impendere coguntur, accipere. arg. *c. 16. §. c. 30. X. d. prebend.*
consente ita Escobar Theol. Moral. tract. 3. exam. 13. c. 4. n. 64. seq. quem
 allegat Dn. Zentgrav. *diff. ad Ciceron. l. 1. de Offic. c. 29. §. 9. Add. Lau-*
terbach. Colleg. Pandect. ad tit. de Contrab. Emt. §. 7. Conferri hac meren-
tur ea, quæ in simili de advocatorum, qui olim propter legem Cinciam
absque turpitudine pro opera sua à clientibus pecuniam accipere pro-
hibebantur, Tacit. Annal. l. 11. c. 5. Tholof. Syntagm. jur. Univers. l. 49.
c. 8. n. 6. Salaria, eorumque exactione habent Carpz. l. 3. Resp. 1. Ricc.
Collet. decis. 656. Menoch. Arb. Jud. quest. l. 2. cas. 513. n. 6. Natta libr. 2.
conf. 376. Quarta denique ratio nostris scenicis eò minus convenit,
 quò certius est, servosejusmodi, quales Romanis erant, non amplius
 apud nos existere, & omnes, quotquot sunt, ludorum scenicarum
 actores liberos ac ingenuos esse. Quemadmodum ergo apud Romanos
 Atellanarum actores, qui ex juventute Romana constabant, ab omni
 macula immunes erant, ita & nostros eodem jure censeri debere con-
 sequens est, cum similitum idem sit iudicium. *c. 4. X. d. Rescript. l. arbos.*
locuplet. l. 17. c. 30. ax. 1. Alb. Gentil. d. tr. c. 15. p. 69.

Evidè igitur, quod rationes illæ, quæ Prætores moverunt ad in-
 famiam scenicis imponendam, in nostris scenicis non obtineant, a
 que causa infamiae, scilicet turpitudine, in his cesset, merito & de effectu
 tur-

- turpitudinis, scilicet infamia, idem dicendum est, l. 20. ff. d. hered. instit.
 l. 52. C. d. Ep. & Cleric. 60. X. d. Appellat. Tiraquell. tr. Cessante causa cessat
 76 *sat effectus*. Barbos locuplet. l. 3. c. 10. ax. 12. quemadmodum & ita de
 Operistis & scenicis hodiernis statuunt, eosque infamibus non ampli-
 us annumerandos dicunt Dn. Stryk. *Usu. modern. ff. ad tit. de his qui not.*
infam. §. 7. & 8. Dn. Thomas. in Scholiis ad Huber. *Postion. Jur. tit. d. his*
qui not. infam. §. 6. Alb. Gentil. d. actor, & spectator. *fabul. non notand. per*
 77 *tot. & inspec. c. 14. sqq.* Quod si verò adhuc dubium quoddam superstiti,
 considerandum, quemadmodum sub initium hujus capituli dictum, om-
 nia hæc, quæ de infamia dici possunt, non juxta LL. Romanas præci-
 se, sed juxta mores hodiernos dijudicanda esse, L. 5. §. 1. ff. d. *extraord.*
cognit. honesta enim & inhonesta ex opinione loci & temporis præsen-
 78 tis sunt æstimanda, notante Alciat. ad l. 207. de *Verb. Signif.* undè evenit,
 ut conditio aliqua, aut certum vitæ genus, pro turpi reputari possit,
 quod in se nihil turpitudinis continet, pariterq; quod olim turpe repu-
 tatum fuit, contrariâ lege vel consuetudine ab infamiæ macula libera-
 ri queat. Dn. Stryk. d. l. §. 1. ubi in sequentibus hoc latius per exempla
 declarat. Add. Dn. Pufendorff *Diss. Academ. d. Existimatione.*
- 79 Que ex Jure Canonico supra n. 11. sqq. adducta fuere, ea, si gene-
 ralter accipiantur, scenicis & Operistis nostris obesse nequeunt, cese-
 sante nimirum, quemadmodum pluribus modò probatum est, turpi-
 80 tudine illa, quæ infamiam producebat; Quæ verò in specie de Clericis
 dicta sunt, illa speciali ratione nituntur, siquidem hi, cum exemplum
 aliorum esse debeant, à multis abstinere debent, quæ in laicis toleran-
 tur; Brunne- *d. Jur. Ecclesiast. libr. 1. c. 8. memb. 19. §. 1.* nam ut
 Clericorum nomen à Laicis separatur, sic & vivendi modus & functio-
 81 nes c. clericos. *Dist. 21.* Hinc quoque, ut eò melius & diligentius divinis
 servire possint & vacare, à secularibus omnis abstinere jubentur; c. *per-*
venit Dist. 86. Tholosan. *partit. Jur. Canon. l. 4. tit. 3. c. 6.* quamvis & alias
 82 vulgarum illud velit, non eadem omnibus esse decora. Ex jure Saxo-
 nico saltem adhuc dubiù suboritur, quod ibi, & quidem Land *Recht art.*
 50. pro infamibus habeantur die *Spielleute* / id est, uti textus latinus ex-
 primit, histriones & qui ludos in scenis, quanquam non sine finicibus
 83 exhibent; Verum Glossa German., cui hac in parte magis deferendum,
 hoc verbum explicat in margine, das Wort *Spielmann* vernim von *Sied-*
lern und ihren *Genossen* / (quamvis & hoc ipsum ratione horum moribus
 nostris vix obtinere, & se vereri ut æquum sit obtinere dicat Hill. in *Don. l.*
 18. c. 7. *lit. A.*) ita ut Jus Saxonicum de scenicis nostris non agat Conf. Dn.
 84 Beyer in *Tyrone emissario* den *Lehr. Jungen c. 6. §. 13. n. 297. seqq.* Quoni-
 am itaque infamia juris scenici & Operistæ nostri, uti ex hucusque dj-

his patet, non notantur, de altera infamiae specie, scilicet ea, quae facti dicitur, dispiciendum; sed nec hac laborare scenici nostri, dici poterunt, cum infamia facti dicatur ea, quae ex turpi facto aliquo, eoque non dubio, jure tamen non notato, nata, existimationem alicujus apud bonos & graves viros onerat. l. 13. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. 2. ff. de Obseq. parent. Patron. praestand. Dn. Struv. Synt. Jur. Civil. Ex. 7. §. 17. ibique Dn. Müller in addit. Representatio verò ludorum scenicorum 5 turpe aliquod factum, per ea, quae haecenus tradita, dici non potest; unde & Cicero Orat. pro Roscio Roscium Comædum nobis exhibet, tandem quam hominem charum & laudatum claris laudatisque viris, quod ipsum sanè de infamia facti laborantibus dici non potest; Eadem ratio 6 erit levis notæ maculae, quippe quae, inhonestorum virorum opinione se fundans, scenicis nostris inuri nequit, cum fordidum vitæ genus non tractent, moresque eorum, & actiones, dum ludos representant, ab honestate nequaquam recedant, quod tamen omninò requiritur; Dn. Struv. d. Ex. 7. §. 20. ibique Dn. Müller in addition. Lauterbach Col. leg. Pandect. tit. d. his qui not. infam. §. 21. sqq. Fromman. diff. de levis no- 67 tæ macula per tot. nisi fortè aliàs Scenici & Operistæ vitii se totos dedant ac maculent, quo casu tamen turpitudine illa, indeque descendens vel macula vel infamia, non ex representatione ludorum scenicorum, sed aliundè provenit.

Cessante igitur infamia, tam juris, quam facti, levisque notæ macula in Scenicis & Operistis nostris, sponte sua sequitur cessare etiam effectus, quos de jure Communi infamia producebat. Hinc per repræ- 89 sentationem Operarum, ludorumq; scenicorum aliquem nobilitatem amittere dici non poterit, quod tamen ita obtinebat de Jure Romano; l. 47. ff. d. Rit. nupt. Quà occasione non prætereundum sicco pedego duxi, quod religiosissimus ille Dux Saxo-Gothanus, Ernestus, gloriosus. memor. hujusmodi ludos scenicos non tantum læpius in aula sua institui jusserit, sed & iisdem filios Principes, tanquam actores interesse voluerit. Porro non erit Operistis, hodiernisque actoribus, repræsentatio ludorum scenicorum impedimento, quo minus ad dignitates 92 promoveri possint, quod prohibitum olim per l. 2. C. d. dignitat. Testimonium rogati scenici nec recusari, nec fides ipsorum in dubium vocari potest, quod secus de jure Romano L. 3. §. 5. L. 22. §. 2. ff. d. testib. Nov. 90. c. 2. Fœminæ scenicæ liberè cum unoquoque matrimonium 93 contrahere possunt, quod tamen est contra L. 44. ff. d. Rit. nupt. nec, si dignioribus nubere velint, dotalibus instrumentis opus habent, quæ aliàs requisivit Imperator in Auth. Maximis C. d. nupt. Nov. 117. c. 4. Pa-

- 94ter filium suum eapropter exheredare non potest, quod Operas aut alios ludos scenicos exhibuerit, quod tamen patri permissum videbatur per *Nov. 115. c. 3. §. 10.* nec fratres prateriti, si scenica persona hæres instituta fuerit, inofficiosi querelam instituere poterunt, quod sibi licere arbitrabantur per *l. 27. C. de inoff. testam.* Nec denique Operistæ ac scenici nostri, quemadmodum de histrionibus in *c. 95. dist. 2. de Consecration.* dispositum, ab usu sacræ cœnæ prohiberi possunt. Vid. Ziegler ad Lanzellotti Institut. Jur. Canon. l. 2. tit. 6. §. 5. Dn. Lyncker de eo, quod circa Sacram Cœnam iustum est c. 6. §. 20.
- 97 Dicta hæcenus multò magis obtinebunt in iis, qui ipsi in scenam non prodeunt, circa exhibitionem tamen ludorum scenicorum ac Operarum occupantur, quales sunt, qui designatores dicuntur in *l. 4. §. 1. ff. d. his qui notant infam.* (quod hodie illis forsan applicare licebit, vult che die Personen austheilen) iisque, qui ludis scenicis tantùm ministrant *d. L. 4. pr.* ubi dicitur, quod ignominiosi non sint, qui aquam equis spargunt, cœteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deferviant &c. Hillig. in *Donell. l. 18. c. 7. lit. A. circa fin.* Idem iudicium esto de illis, qui non semper, sed aliquando tantùm, materiã Operarum aut ludorum ita exigente, in scena comparent, uti athletæ, sive pugillatores, cum virtutis gratia id facere dicantur *d. l. 4. pr. Neger ad tit. C. cod. athleticis* quod tamen ad illos, quos vulgò vocamus Holz- und Klopffechter / Feder / Fechter / Kirms- und Braten / Fechter / Mary Lux Brüderl non extendi debere monet Dn. Müller *add ad Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 7. §. 18. tit. 7. Reufner lib. 3. Stratagematograph. c. 6. p. 531.* quamvis nec horum ubique eadem sit conditio; Saltatores; Vid. Dn. Müller *diss. d. Aucupio fame c. 2. §. 9. & de Causis honorum sect. 2. §. 7.* illud enim, quod de iis, qui saltandi causã in scenam prodeunt in *L. 24. pr. ff. ad L. Jul. d. adulter.* habetur, de saltatione illa veterum mimica & impudica intelligendum est, de qua ex parte *h. c. n. 36. dictum,* & latius videri potest Vossius *d. quat. artib. popul. c. 4. §. 36. seqq.*
- 102 Verùm, missis his, ad ipsos revertor scenicos, ubi, cum in Operistis svavitas ac dulcedo vocis commendetur, eã verò castrati reliquis præstant, quæstio ventilanda foret, an aliquis, ut in arte Musica excellat, se ipsum castrare, aut alii ipsum castrato consentire possit? nisi negativa ejus primò statim obrutu in oculos incurreret. Qui enim ejusmodi in Deum rebellionem, uti loquitur Imperator Leo in *Novell. 98.* suscipit, homicida sui ipsius, ac inimicus creationis divinæ dicitur *Canon. Apostol. 21.* graviterque, quamcunq; etiam, excepta necessitate, obtendat causam, peccat. Dn. Becman, *Lin. Doctrin. Moral. c. 11. §. 3.* Lessius *de Jusf.*

*Iust. & Jur. l. 2. c. 9. dub. 14. n. 98. Molin. de Iust. & Jur. tom. 4. tr. 3. disp. 9. n. 2. Diana Resol. moral. tom. 8. tr. 5. Res. 59. & 60. Ac inde quoque gra-
vissimas de Jure constitutas novimus poenas, in eos, qui vel in utris vi-
rilitatem adimunt, vel sponte se castrandos aliis præbent; L. 3. §. 4. ff. ad
L. Cornel. d. sicar. l. 4. §. 2. l. 6. ff. Eod. L. 1. C. d. Eunuch. Nov. 142. c. 1. Nov.
Leon. 60. Can. Apost. 20. & seqq. ut hinc admodum mirer Tamburin. lib. 6. 104
in Decal. c. 2. §. 3. n. 4. & Caramuel. in Theolog. fundam. n. 1156. & seqq.
affirmativam ejus in nostro casu sustinuisse, quos tamen refellit Dn. Sle-
vogt. diss. d. Spadonib. §. 36.*

Progredior ad vestes scenicorum, circa quas, cum præcedenti ca-
pite dictum fuerit de viris personatis, sive muliebri veste indutis, qua-
estio sese offert, an liceat scenicis & Operistis nostris in theatrum pro-
deuntibus vestibus foemininis uti, & contra, an foeminae scenicae in
theatro habitum virile induere possint? Equidem neganda illa ab ini-
tio videbatur, cum enim natura utrumque sexum distinctum voluerit,
justum quoque foret, ut, postquam Adamitico lapsu vestium necessitas
inducta, etiam vestitu, tanquam exteriori signo, uterque sexus distin-
gueretur; quamobrem Deus T.O.M. Deuteron. 22. v. 5. admodum se-
verè promiscuum usum vestium prohibuit, quando dicit: Non induer-
tur mulier veste virili, nec vir utetur veste foeminea, abominabilis enim
apud Deum est, qui facit hoc. Quam prohibitionem, ne forsitan ad Le-
ges forenses pertinere existimemus, repetitam cernimus à Patribus
Concilii Gangrensis, cujus Concilii decretum in Jus Canonicum relatum
exstat Can. 6. Dist. 30. cum quo & Jus Civile consentit in l. 23. §. 2.
ff. d. aur. & argent. legat. ubi dicitur, virum muliebribus vestimentis
non facile sine vituperatione uti posse. Verum enim verò non è incu-
tur per hæc ipsa, usum vestimentorum alterius sexus in ludis scenicis
esse prohibitum. Ut enim taceam textum Deuteron. 22. non ab omni-
bus eodem modo explicari, ac à nonnullis mysticè eundem intelligi.
Vid. Camer. Hor. subciv. l. 2. c. 39. Alb. Gentil. d. actor. & spectator. fa-
bul. non notand. c. 10. si el maxime verba ejus, prout jacent, accipian-
tur, non tamen promiscuum vestimentorum usum per ea improbari ve-
rius est, sed saltem illum, qui fit absque ulla probabili causa, ob molli-
tatem tantum & lasciviam, ita ut ad casum ludorum scenicorum eadem
extendi non debeant. Giesebert. Deuteron. Harmon. d. c. 22. n. 100.
Walther. Postill. Juridic. ad Domin. Quinquages. §. 88. Balduin. d. Casib.
Conscient. l. 4. c. 1. cas. 2. Hænon. disp. polit. 6. th. 11. quod ipsum etiam
ad textus Juris, tam Canonici, quam civilis, responderi poterit, quibus
hoc insuper addendum, prohiberi illis in locis usum vestium pro-
mi-

- miscuum; verbum verò usus, siue utendi, latitudinem aliquam habet, & longiorem aliquid temporis tractum præsupponit arg. l. 32. ff. de Jur. fisci. l. 32. ff. de LL. Alb. Gentil. d. l. c. 4. p. 15. seqq. quemadmodum & in
- 113 allegata l. 23. ff. d. aur. & arg. legat. dicitur non facile virum habitu muliebri uti posse, ita ut non negetur, dari casus, ubi sine vituperatione ejusmodi vestibus uti liceat, quorum & præsentem optimò jure referre possumus. Vid. Walther. d. §. 88. Bernegger. in question. ad Tacit. de mor.
- 114 German. qu. 156. Add. latè Alb. Gentil. d. c. 4. & seqq. Idem planè respondendum erit ad l. 4. C. d. Episc. audient. & Nov. 123. c. ult. ubi personæ scenicæ prohibentur uti habitu Monachorum aut Monialium, nec non ad L. 11. C. Theodos. d. scenic. Ubi ipsis interdicitur uti gemmis, sigillatis, sericis, textis & auratis vestibus. Non enim intelligendum hoc de eo tempore, quò in scena agunt, ubi pro qualitate personarum, quas sustinent, etiam vestibus modò pretiosis, modò vilibus indutas esse oportet; unde diversitas vestium scenicarum, tragicarum, citharædicarum, de
- 116 qua in l. 127. ff. d. Verb. Sign. ibique Alciat. sed de usu harum vestium extra scenam, qui lege prohibendus erat, Alb. Gentil. d. c. 4. p. 18. ne differentia illa vestimentorum, quæ apud Romanos ratione ordinis, dignitatis ac qualitatis personæ introducta erat, arg. l. 15. §. 2. ff. d. Usufr. confunderetur. Simile iudicium esto de larvis, si forsan conditio materis ita tulerit, ut eis utendum sit; Quamvis enim earum usum vehementer improbet. Walther. d. §. 88. cum Ddribus ibi allegatis, nequequam tamen intelligendum id esse de tali casu, quando in ludis scenicis Comœdiis vel Tragœdiis adhibentur, monet Libenthal, Colleg. Et bic. Ex. 12. quest. 9.
- 118 Dum adhuc circa vestes scenicas versamur, supervacuum erit monere, quibus modis illæ, siue quoad proprietatem, siue quoad usum scenicis acquirantur, cum iidem acquirendi modi circa illas observentur, quæ in aliis rebus obtinent. Hoc tantummodò tangere lubet, cum sapius in vestibus illis scenicis & quidem pretiosis, ususfructus constitui soleat, an is verus, an tantum quasi ususfructus dicendus sit? multum enim inter verum & quasi ususfructum interesse constat ex traditio-
- 120 tis Ddri ad tit. l. d. usufruct. Notum est inter Doctores hac de re controversi, aliis per l. 15. §. 4. ff. d. usufruct. l. 9. §. pen. ff. usufruct. quemadm. cavet. verum in iis ususfructum esse existimantibus; Vid. Lauterbach in Colleg. ff. ad tit. d. usufr. ear. rer. quæ usu consum. §. 8. & Conclus. Forens. Ex. 17. §. 9. aliis contra quasi ususfructum vestium tantum dari statuentibus, idque per §. 2. l. d. Usufruct. Bicc. d. Usufr. th. 17. Ad conciliandos hos textus, cum sibi directò contrariari videantur, Ddres variè respon-

respondent, Anton. Matthæi ad d. §. 2. existimat, per Triboniani incuriam vocabulum *vestimentorum* in d. §. irrepsisse, verum Hillig. ad *Donell. l. 10. c. 4. lit. B.* Tribonianum defendit, dicens, sibi non constare, qua ratione, quave spe commodi id Tribonianus fecisse debuerit. Alii putant in d. §. 2. abusive vestimenta, vel metonymicè, vel synegdogicè, pro materia, unde conficiuntur, lana scilicet, esse posita; *Donell. l. 10. c. 4. Zoes. ad tit. ff. d. usufr. ear. rer. qu. usu. consum.* lanæ vero quasi usufructum esse apparet ex *l. pen. ff. d. usufr. ear. rer. quæ usu consum.* sed divinatoria hæc tantum est responsio, quam verbum *vestimentorum* in d. §. non admittit. Alii conciliationem desumunt ex ipsa *L. 15. §. 4. ff. d. Usufruct.* an scilicet usufructus vestimentorum constituatur ut rei an verò ut quantitatis, ita ut illò modò sit verus usufructus, hoc verò quasi usufructus, & de hoc casu intelligunt d. §. 2. *J. d. Usufr.* Vid. *Ludwell. ad d. §. n. 1. Brendel. d. usufructu rei fungibil. §. 12.* Verum cum & idem in rebus immobilibus procedere possit, hanc explicationem non sufficere statuit *Lauterbach. alleg. §. 8.* & ideò veriolem esse existimo sententiam *Hottomanni ad d. §. 2. distinguentis* inter vestimenta quotidiana, & illa, quorum rarior usus est, uti lugubria, scenica; ita ut in illis quasi usufructus sit §. 2. *J. d. Usufr.* cum quotidianò usu facile consumantur, in his verò verus usufructus constitui possit, *d. l. 15. §. 4. d. l. 9. §. pen.* cum ob raritatem usus non tam usu diminuatur, quam tempore deteriora fiant. *Conf. Brunnem. ad d. l. 15. n. 5. Ex. Justin. 7. ad d. §. 2. n. 1. Hilliger. in Donell. l. 10. c. 4. lit. B. Dn. Struv. Synt. Jur. Civil. Ex. 12. §. 39. ibique Dn. Müller in addition. Wurmser Nucl. Jur. Controv. tit. d. Usufruct. Controv. 4.*

Id adhuc notandum, quamvis aliàs usufructuarius vestimenta, quorum usumfructum habet, aliis locare non possit, *l. 15. §. 4. ff. d. Usufruct.* (non obstantibus §. 1. *J. in fin. d. usu & habit. L. 12. §. 2. ff. d. usufruct.* bonus enim paterfamilias, ad cuius modum usufructuarius uti debet, *L. 65. ff. d. Usufruct.* vestimenta non locaret *d. L. 15. §. 4.*) hoc tamen limitari, in casu, si alicui non scenico usufructus vestium scenica relicta sit; hic enim eas scenicis, uti in scenis utantur, locare poterit, licet proprietarius eas commodare tantum & non locare fuerit solitus. *d. l. 15. §. 5. Dn. Struv. Ex. 12. §. 39. in fin. Hillig. in Donell. l. 10. c. 8. lit. K.* Quod si enim nudo usufruario permissum est, si usus ipsi alias inutilis foret, rem usufruam alteri locare arg. *L. 22. pr. ff. d. Usu. Carpz. p. 3. c. 13. ds. 4. §. p. 1. dec. 69. n. 10.* cur id usufructuario hoc in casu prohibendum sit, certè non video, cum potentius aliquod jus aliàs habeat, quam

quam usufructarius. *L. 7. pr. ff. d. Usufr. l. 14. §. 1. ff. d. Usu & habit. Ddres latè ad pr. J. Eod.*

- 129 Tandem colophonis loco ad jicio quaestionem, ad quam culpam praestandam teneantur scenici, si ab aliis vestes scenicas commodato acceperint? Equidem ad dolum & latam culpam tantum ees teneri videbatur dicendum ob *L. 5. §. 10. ff. Commod.* ubi dicitur, dolum in re commodata tantum praestari, si quis ludos edens Praetor scenicis commodaverit; Verum cum habeamus regulam, quod in quocunque contractu solius accipientis versetur utilitas, in eo ad praestandam culpam levissimam accipiens obligetur. *l. 5. §. 2. ff. Commod.* in commodato autem, quippe quod gratis praestatur, omnis utilitas in accipientem, scilicet commodatarium redundet, quomodo scenici a praestatione culpa levissimae se liberare queant, ego quidem non video. *L. 1. §. 4. ff. de Obl. & Act. §. 1. pr. ff. Commod.* Nec praesidium querere poterunt in alleg. *L. 5. §. 10.* quippe quae hodiernis nostris ludis ac Operis non quadrat; Ibi enim Praetor jussu populi Romani edebat ludos, aut Magistratus per exhibitionem ludorum, quos propriis sumptibus edebant, populo se commendare volebant; Hodie vero a privatis operae ac ludi scenici repraesentantur, privatisque sumptibus fiunt, in quorum compensationem, uti superius dictum, certam pecuniam a spectatoribus accipiunt; nisi forsitan dispositionem *L. 5. §. 10.* ad illum casum trahere velimus, quando in aula Principum, jussu Principum, Operae exhibentur ac ludi scenici, & ut eo splendidior sit representatio, vestes scenicis a Principibus suppeditantur.

CAP. IV.

De eo, quod iustum est, circa Spectatores Ludorum scenicorum & Operarumque modernarum.

Summaria.

U Nusquisque licite ludos scenicos spectare potest.	n. 1. seq.	cos tenetur injuriarum.	n. 1. & 2.
Ita tamen ne excedat modum.	n. 6.	Injuria tempore ludorum scenicorum alicui illata atrox est.	n. 1. & 2.
Clerici de Jure Communi prohibentur interesse ludis scenicis.	n. 7. seqq.	Poenae loco alicui spectaculis solet interdicti.	n. 1. & 2.
Limitatur hoc in Operis & ludis scenicis hodiernis.	n. 10.	An si uxor absque consensu mariti ad Operas ludosque scenicos iverit, repudiari ea propter possit?	n. 14. seqq.
Qui alterum prohibet spectare ludos scenicos			Restat.

Restat, ut brevissimis adhuc de eo quoque dispiciam, quod circa 1
 Spectatores Operarum, ludorumque scenicorum, iustum est; ra-
 tione quorum quidem eò minus dubii subesse existimo, quò pro-
 lixius supra cap. 2. nihil iis inesse turpitudinis, jam tum est de-
 monstratum; Sanè, cum omnia mortalia perpetuis decrementis inter- 2
 cidant, perpetuis quoque, ut subsistant & renoventur, incrementis
 egent, l. 76 ff. d. judic. Tholosan. Synt. Jur. Univers. l. 39. c. 2. n. 3. sq. &
 hinc, juxta Senecam d. tranquill. anim. c. 15. non expedit, æqualiter sem- 3
 per retinere mentem, sed decet interdum aciem, rebus agendis inten-
 tam, remittere; nec enim semper exacta gravitas & constantia, quasi
 à Philosopho, uti Cajus loquitur l. 8. pr. ff. d. edil. Edict. in nobis deside-
 ratur. Equidem non ignoro, Quintilianum l. 2. Instit. orator. c. 11. in 4
 horis malè consumptis & has locare, quæ spectaculis dantur, unde &
 Scaliger l. 3. Poët. dicit. Comœdias & Tragœdias otiosis damus, nemo-
 que in theatrum venit, qui non libens id temporis velit amittere. Ve- 5
 rùm hos ipsos, aut de indignis ludis & spectaculis intelligendos, aut
 talia eorundem asserta, ex ipsorum personis singularissimis, quæ nun-
 quam otiosæ minus, quàm cum maxime otiosæ sunt, (qualem Scalige-
 rum fuisse constat, nullibi scilicet cessantem, nec dum equo veheretur
 & iter faceret, à cogitationibus gravioribus,) accipienda esse monet 6
 Alb. Gentil. d. actor. & spectator. fabul. non notand. c. 22. p. 117. Quamvis
 lubens largiar, ita nos ludis scenicis interesse debere, ne inde d. innum
 aliquod capiat res familiaris, quod si vel nimis frequenter, vel eo, quod
 aliis negotiis impendendum est, tempore frequententur, facilè con-
 tingere potest, aut ne illis præjudicetur, quibus vel personas, vel ope-
 ras nostras obligatas novimus, aliàs enim in vitium quoddam animi
 ille spectandi ludos scenicos pruritus defleceret. l. 1. §. ult. ff. d. Serv.
 Corrup. l. 65. pr. ff. d. edil. Edict.

Limitant quidem hoc, quod de licentia spectandi ludos scenicis 7
 dictum, in Clericis, quibus non tantùm Canones, sed etiam Leges Ci-
 viles, ne spectaculis, aliisque theatralibus actibus intersint, injun-
 gunt. l. 17. C. d. Episc. & Cleric. Auth. Interdicimus C. Eod. l. fin. C. d. Epi-
 scop. Audient. Nov. 123. c. 10. can. 37. Dist. 5. d. Consecration. c. 12. & pen-
 X. de vit. & honest. Cleric. Brunne mann. d. Jur. Eccles. l. 1. c. 6. membr. 10.
 §. 2. Tholosan. Partit. Jur. Canon. l. 4. tit. 8. c. 6. verùm hoc vel ex speci- 8
 ali ratione in Clericis receptum, quod nimirum à mundi voluptatibus
 alieni esse debeant, & à vulgari vita seclusi, uti dicitur in can. His igitur 9
 3. Dist. 23. Brunne mann. ad d. Auth. Interdicimus n. 1. ideoque ad alios ex-
 tendi non debet; vel ad inhonestos tantùm pertinet ludos, siquidem
 rationem prohibitionis in eo ponunt Ddres, quod boni mores & pu-
 di-

- dicitia per ejusmodi spectacula & ludos corrumpantur, omnisque impuritas, petulantia & libido inde discatur. Rittershus. in *Exposit. Novell.*
- 10 *l. 1. c. 7. n. 5. 4.* Quamobrem quoque Canonistæ diverfum obtinere statuunt, quando Clerici absque scandalo ludis theatralibus interesse possunt; Vid. Sanchetz. *d. matrimon. l. 9. disp. 46. n. 41. sq.* quod cum in Operis nostris, ludisque scenicis hodiernis, fieri queat, ubi, uti supra monitum, omnis inhonestas & turpitudine exulare debet, vix absque injuria ab illis Clerici arceri possunt.
- 11 Ita etenim legibus constitutum esse legimus, quod, si aliquis alterum prohibere velit, ne spectaculis intersit, injuriarum inde convenire possit *l. 2. §. 9. ff. ne quid in loc. publ. fiat junct. l. 13. §. ult. ff. d. injur.* quippe quæ omnibus licent & permittuntur etiam huic
- 12 vel illi individuo non possunt non licere. Hinc, ut eò securus homines ludos spectarent, sancitum quoque est, ut injuria, quæ alicui in teatro, aut dum ludos scenicos spectat, infertur, quamvis aliàs in se levis sit, pro atroci tamen haberi, & graviori pœna puniri debeat; *l. 7. §. ult. l. 9. §. 1. ff. d. Injur. §. 9. l. Eod.* sicuti etiam inter species pœnarum non capitalium, quæ scilicet æstimationem concernunt, reatum fuit, alicui spectaculis interdiceret, quemadmodum patet ex *l. 28. §. 3. ff. d. pœn;* ita, ut unusquisque, cui illa pœna dictata non est, Jure ac facultate spectandi ludos scenicos omninò liberè gaudeat.
- 14 Tandem quoque, antequam hanc materiam dimittamus, quæ re lubet, an uxor ad spectacula & ludos scenicos itura, consensum mariti aphibere teneatur, & si maritò insciò ludis scenicis interfuerit, an
- 15 eapropter repudiari possit? Occasionem huic quæstioni dedit *l. 8. C. d. Repud.* ubi Imperator Theodosius inter causas repudii etiam hanc numerat, si uxor absque consensu mariti sui spectaculis theatralibus interfuerit, eamque causam itidem pro justa divortii causa agnoscit Imperator Justinianus. *Novell. 22. c. 16. & Nov. 117. c. 8.* Verum quemadmodum hoc propter ludos turpes & inhonestos, qui incentivum impudicitia & libidinum spectatoribus præbebant, procul dubio ita est statutum, Rittershus. *Expl. Novell. p. 4. c. 8. n. 5.* ac eapropter ad nostros ludos
- 17 scenicos & Operas referri nequit, ita eò minor de hoc dubitandi ratio apud nos esse potest, quod duas tantum veras divortii causas agnoscamus, adulterium nimirum & malitosam desertionem. Vid. Gudelin. *d. Jur. Noviss. l. 1. c. 10.* Carpz. *Jurispr. Consistor. l. 2. df. 189. & 192.* Strauch. *ad Univers. Jus Justin. Ex. 2. §. 20.* Nicolai *d. Repud. & divort. p. 2. c. 1. n. 24. sq.* Condonandum potius uxori aliquid, & blanditiis, mollibusque verbis, atque maritali sermone, uti loquitur J Ctus in

L. ult. ff. si quis aliq. testar. prohibuer. corrigenda est ea, si ludis ac spectaculis nimium indulgeat, quippe hoc sexui muliebri innatum esse, ¹⁹ eumque ad ludos & spectacula non aliter ruere, quam apes & formicas ad cibum, ut spectet simul & suspiciat, testatur Ovidius l. 1. de arte amandi

Ut redit, itque frequens longum formica per agmen,

Granifero solitum dum vehit ore cibum:

Aut, ut apes saltusque suos & olentia naeta

Pascua, per flores, & thyma summa volant.

Sic ruit in celebres cultissima formina ludos;

Copia iudicium saepe morata meum est.

Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsa, &c.

Quamvis uxorem quoque ita cupidates suas refranare ac comescere ²⁰ deceat, ne inde in rem familiarem damnum redundet, aut maritus durtius aliquid in eam statuere necessum habeat.

TANTUM.




ULB Halle
003 263 541 3



Sb.

107







Farbkarte #13

B.I.G.

N. J. C. *2/ser. 12. 8. 1303. V*

JURIDICA *1788.*

EST, CIRCA *1693. 6. 22.*

CENICOS *13*

VE MO-

NAS,

zulgo



TIAN - ALBERTINA

SIDE

STO STRYKIO,

ET NOVELL. PROF.

ORDIN.

SUO ETATEM

RANDO

IO MAJORI

A. M. DC. XCIII.

TIONI SUBMITTIT

, Helmershusa - Francus.

RESPONDENS.

ERGÆ,

et Sigismundi Frobergii, 1696.